



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

Liber XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XI.

S. SYLVESTER, PAPA.
CONSTANTINUS M. IMPERATOR.

§. I.

Concilium Nicænum convocatur.

Imperator Constantinus post reditum Sæculum IV.
 Osii modicum Epistolæ suæ fructum, A. C. 325.
 & ingravescentia Ecclesiæ mala, quæ
 potentiori remedio indigebant, perpen- *Euf. III. 1*
 dens, suadentibus Episcopis, ad convo- *vit. c. 6.*
 candum Concilium Oecumenicum, id *Ruf. i. hist.*
 est, universi terrarum orbis, animum ad *c. 1. Sozom.*
 jecit. Res tunc temporis exemplo care- *I. c. 17.*

K 2

bat;

Sæculum IV. bat; tam amplos conventus agere sui
 A. C. 325. Gentilibus Imperatoribus Ecclesiæ preffo
 non licuerat, & opportune tunc primun
 acciderat, ut, oppresso Licinio, univer
 sum Romanorum Imperium uni Constan
 tino pareret. Conventus locum elegi
 urbem Nicæam inter potissimas Bithy
 niæ, & Nicomediæ, ubi ipse residebat
 vicinam. Undiqueversum Epistolas mi
 sit, reverentiæ notis plenas, quibus Epi
 copos invitabat, ut sine mora illuc
 conferrent. Vecturas ipse suppeditabat
 §. 56. five equis, five illis vehiculis uterentur
 quæ Romani cursum publicum dice
 bant, illisque, qui Principis mandato ita
 faciebant, ministrabantur.

§. II.

SS. Paphnutius, & Spiridion.

Ruf. 1. c. 5. *Socr. 1. c. 8.* *Athan. apol.*
 2. p. 770. **E**piscopi Nicææ trecenti octodecim
 non numeratis Presbyteris, Diaconis
 & Acolythis, congregati sunt. His, eo
 rumque comitatu omnia victui necessa
 ria jussu Imperatoris præbebantur. Inter
 eos illustrissimi fuere Alexander Episco
 pus Alexandrinus cum socio Athanasio
 Diacono, adhuc juvene, Alexandriae na
 to, & Adjutore utilissimo. Inter Epi
 copos Ægypti duo aderant valde cele
 bres Potammon Heracleensis ad Nilum,
 & Paphnutius ex superiore Thebaide;
 huic

An. 325.

Cyrrill. ep. 5.
ad Monach.
n. 4.

huic tempore persecutionis dexter ocu- Sæculum IV.
 lus effossus, & sinister poples succisus, A. C. 325.
 quod pluribus aliis Confessoribus, ad fo- Ruf. 1. c. 4.
 dinas damnatis, factum; Monasticam vi- Sozom. 1.
 tam duxerat, in Monasterio, quod Pisper c. 10.
 dicebatur, & S. Antonii discipulus fue-
 rat; Dæmones suo imperio ejiciebat, &
 ægrotos oratione curabat; insuper, cœ-
 cis visum reddidisse, dicebatur. Tem-
 pore Concilii Imperator sæpius ad Pala-
 tium vocatum, familiariter amplexu strin- Ruf. 1. c. 5.
 gebat, oculumque, propter fidem amis-
 sum, osculabatur.

Spiridionis Episcopi Trimithontini in Sozom. 1.
 Insula Cypro sanctitas non minori admi- c. 11.
 ratione digna. Ipse oves, nec id Episco-
 po probrosum reputabat, ruri pascebat,
 cum aliquando noctu fures in ovile ejus
 desuper intrassent, vi invisibili suspensi
 hæserunt; mane superveniens S. Sene-
 cio, ut educeret gregem, pendentem vi-
 dit, & cognita portenti causa, suo allo-
 quo liberos fecit, & addidit: *Accipite*
arrietem, ne operam omnem perdidideritis,
melius autem fecissetis, si quod vobis ne-
cessarium erat, petiissetis. Filiam habe-
 bat, nomine Irenen, quæ ei inserviens,
 Virgo deinde defuncta est; venit qui-
 dam privatus, depositum reposcens, quod
 filiæ antea inscio Patre crediderat, Spi-
 ridion omnes domus angulos inspicit, &
 nihil invenit; depositor insistere, flere,

Sæculum IV. urgere, desperare, & minari sibi ipsi vi-
 A. C. 325. lentas manus illaturum; Spiridion ad

sepulchrum filiaæ accedens, vocat eam no-
 mine suo: *Irene!* quæ illico respondit
Quid vis? Pater mi! ipse: *ubi depositum*
istius hominis recondidisti? Ipsa: *In illo*
loco terra defossam invenies. Quæsi-
 Pater in dicto loco, invenit, & reddidit.
 Plura alia ejusmodi miracula de S. Spiri-
 dione narrabantur.

Sozom. ibid. In Traditionibus Ecclesiasticis mini-
 ma quæque exactissime observari vole-
 bat; Episcopis Cyprii quadam die con-
 gregatis, Tryphyllo Episcopo Ledren-
 munus ad populum dicendi sub celebra-
 tione Mysteriorum delatum est, viro sa-
 cundo, & admodum literato; cum illud

Joan. 5. 8. locum Evangelii citare debuisset: *Tolle*
grabatum tuum, & ambula! aliam vo-
 cem græcam adhibuit, ac si quis diceret
Tolle lectum, pro grabato; hanc voci-
 mutationem Spiridion patienter non fe-
 rens, ait: *Nunquid tu melior es illo, qui*
dixit: grabatum, ut te eandem vocem
surpare pudeat? Et inspectante populo de
 Cathedra surrexit; tantam ei gravita-
 tem, & auctoritatem notæ virtutes, &
 senilis ætas pepererant. Ecce! hospita-
 litatis ejus specimen! quondam in qua-
 dragesima, illo tempore, quo cum fami-
 lia aliquot diebus continuis nihil cibi ca-
 pere solebat (verosimiliter fuerit hebdo-
 mada

mada major) peregrinus de via ad eum Sæculum IV.
A C 325
divertit, oppido fatigatus; dixit ad fili-
liam suam tunc temporis viventem: *La-
va pedes ejus, & para cœnam.* Illa: *Nec
panis in domo est, nec farina, quoniam
tempore jejunii non indigemus.* Spiri-
dion peracta ad Deum oratione, penu-
riam panis hospiti excusans, filia præci-
pit, ut suillam sale conditam, quam do-
mi habebat, lixaret; ubi caro parata fuit,
accubuit cum hospite, & prior comedit,
invitans, ut & ipse reficeretur; ille ab-
nuere, & dicere, se esse Christianum; *I-
deo, inquit Spiridion: multo magis sine Tit. I. 15.
scrupulo comedas, quia scriptum est: Om-
nia munda mundis, sermone, & exemplo
docens, quantum Christianos Judæorum
superstitiones averfari oporteat.*

§. III.

S. Jacobus Nisibitanus.

Sanctus Jacobus Nisibi in Mesopotamia Theod. I.
hist. c. 7.
Episcopus, miraculis clarus, in ipsa
hac urbe, quæ Græce Antiochia Migdo-
niæ dicebatur, cunas sortitus erat. *Vi- Idem Phi-
tam solitariam amplexus, primo in ar- loth. c. I.*
duis montium jugis habitabat; in hyeme
caverna eum ab aeris injuriis tutabatur,
cæteris anni temporibus nullo tecto in
sylvis morabatur; arbores incultæ fru-
ctibus, sponte nascentibus, alimenta præ-
bebant,

Sæculum IV. bebant, addebat olera, quæ comedi poterant; ignem vero nunquam excitabat; tunica aspera, & pallio operiebatur, pilis caprinis texto. Prophetiæ, & miraculorum dono a Deo præditus, quædam edidisse legitur in profectioe ad visitandas novellas Ecclesias, quæ in Persia nascebantur, suscepta; his consentit quod inter Synodi Nicænæ Patres aliquis Episcopus Persiæ, nomine Joannes, inveniatur Jacobus ob merita, & sanctitatis famam Episcopus in urbe Nisibi, patria sua, electus est. Episcopus in civitate eandem vitæ rationem, cui in sylvis assueverat servavit, sed jejuniis, & rigoribus curam pauperum, peccantium correctionem, aliosque labores pastorales junxit. Aliquando per quemdam locum transeunt occurrerunt pauperes, elemosinam petentes, ut haberent, quo defuncti sodalis cadaveris instar ibi jacentis, funus curarent; Vir sanctus lubenter dedit, quod rogabant, oravitque pro defuncto, ut ei Deus peccata remitteret, & admitteret ad Sanctorum societatem; (*) tum vero

(*) Si Sanctus Jacobus cum modernis Protestantibus credidisset, animam hujus defuncti corpore egressam, statim & certissime vel in Cælo esse, vel in Inferno, & post mortem tolerandæ pœnæ spatium non dari, quomodo prudenter pro

ro miser ille, qui mortuum simulaverat, Sæculum IV.
A. C. 325.
revera exspiravit; cum Sanctus præter-
riisset, socii ejus monentes, ut surgeret,
summo stupore obriguere, cum viderent
mortuum; recurrunt ad Sanctum, pro-
strati ad ejus pedes, dolum fatentur, &
suam paupertatem obtendunt; audiit il-
le benigne, & similibus ad Deum preci-
bus, quibus vitam ademerat vivo, reddi-
dit mortuo. Talis erat illustris Jacobus
Nisibitanus.

§. IV.

Alii Episcopi celebres.

Paulus Episcopus Neocæsariensis ad Eu- Theod. 1. c. 7.
phratem ambarum manuum usu pri-
vatus erat, quarum nervos Persecutores
ei sub Licinio ferro candenti adusserant.

Eustathius Episcopus Antiochenus quo- Hier. in Cat.
& epist. 126.
ad Evagr.
Sozo. 1. c. 2.
que in Concilio adfuit; natus erat Sidæ
in Pamphilia, & postquam Episcopus Be-
rææ in Syria fuisset, ad Sedem Antioche-
nam, defuncto S. Philogono, vocatus est.
Eustathius gloriose Nomen Jesu Christi
confessus fuerat, vir vitæ sanctitate, &
Doctrinæ fama præcipuus. Contra A-
rianos plura opera scripsit, quæ hodie de-
siderantur, superest autem Tractatus de

K §

Pytho-

pro hoc Defuncto orare potuisset? ergo stolidi
est Interpretis Protestantis exclamatio: Die lieben
Älten haben nichts gewußt von einem Segfeuer!

Sæculum IV. Pythonissa, in quo contra Origenis opi-
 A. C. 325. nionem docet, hujus mulieris opera neu-
 tiquam ipsum Samuelem, ab inferis re-
 ductum, apparuisse, sed Dæmonis arte
 tam in Saulis, quam mulieris cerebro hu-
 jus viri, quasi præsentis, species fuisse ex-
 citatas.

sup. l. X.
S. 16. 17.

Patres Con-
 cili Nicæni.

Greg. Naz.
orat. 19.

Martyr. R.
14. Nov. ex
Monol.

Epist. Jul.
ap. Athan.
apol. 2. p.
750.

In Concilio Nicæno visus quoque est
 Macarius Episcopus Jerosolymitanus,
 Leontius Cæsareæ, quæ est Cappadocia
 Metropolis; is Concilio Ancyrano, &
 Neo-Cæsariensi interfuerat, sicut etiam
 Amphion Episcopus Epiphaniæ in Cilli-
 cia. Ex eadem Provincia advenit Ma-
 cedonius Mopsuestanus, tunc adhuc dum
 Catholicus, exinde Arianus. Leontius
 multos labores pro fide subierat, plures-
 que ad Martyrium instituerat, atque in-
 ter cæteros S. Gregorium Armeniæ; ad
 Concilium veniens in fide informavit
 Gregorium, postmodum Episcopum Na-
 zianzenum, S. Gregorii Theologi Patrem.
 Ex eadem Cappadociæ Provincia venit
 Euphiscus Thianæus, ex vicinis autem Pro-
 vinciiis, Longianus Neo-Cæsariensis, Ba-
 filius Amaseensis, Meletius Sebastopoli-
 tanus, Hypatius Gangrensis in Paphla-
 gonia, quem in reditu a Concilio lapidi-
 bus a Novatianis obrutum dicunt. Mar-
 cellus Episcopus Ancyranus Galatiæ Me-
 tropolitanus, notissimus postea propter
 errores, quorum fuit incusatus, Arianis
 vero

vero semper maxime contrarius; hujus fides in Concilio, ut orthodoxa, approbata est. Sæculum IV.
A. C. 325.

Præterea inter Patres, qui in Concilio confederunt, recensentur Theonas Cyzicenus, Marinus Troadensis, Eutyclus Smyrnensis, Nunechius Laodicensis ex Phrygia. Ex Thracia Phedria, Pedorus, aut Pederotus Episcopus Heracleæ, illius Provinciæ Metropoli, quem S. Athanasius viris apostolicis accenset. Metrophanes Episcopus Byzantinus, extrema se-nectute gravis, misit Vicarios Presbyteros, atque inter hos Alexandrum, futurum in Episcopatu suo successorem. Ex Macedonia aderant Alexander Theffalonicensis, qui S. Athanasium, etiam post susceptum Episcopatum Alexandrinum filium suum appellare solebat, tanta ejus erat auctoritas. Ex Græcia Pistus Episcopus Atheniensis, Aristeus alterius urbis; alter Pistus Episcopus Marcionopolitanus in Mœsia. Ex Dacia Protogenes Episcopus Sardicensis, jam tum fama clarus; Sylvester alterius urbis, Theophilus Episcopus Gothorum. Ex Sicilia Capiton. Ex Africa Cæcilianus Episcopus Carthaginensis. Ex Donatistarum parte nemo comparuisse invenitur. Hi captata occasione magnos tumultus in Africa excitaverant, dum interim Constantinus in bello Liciniano procul detineretur; v. Pagi. an. 307. n. 6.
Athanas. apol. 2. p. 783. & 799.
Socr. II. hist. c. 4. Euf. III. vit. c. 7. & ibi Vales.

parta

Sæculum IV. A. C. 325. parta victoria, Constantinus quosdam ex Oriente illuc mittere decreverat, qui pacem reducere adlaborarent, postquam, qui ex Occidente missi fuerant, nihil effectum fecissent; at dum de disceptatione super opinione Arii nuntiatum est, facile intellexit Orientales dare aliis non posse, quod ipsi non habebant, nempe unionem, & pacem.

Const. ap. Euf. II. vit. c. 66. 67. 68.

§. V.

Legati Summi Pontificis.

Theodor. I. hist. c. 8. Cum S. Sylvester Papa ad Concilium iter longissimum suscipere per ætatem non posset, duos Presbyteros Vitum, & Vincentium misit, quibus mandatum, in ea, quæ agerentur, consentire. Vitus iste non nunquam etiam Viton, vel Victor dicitur. Osius Episcopus Cordubensis, potestate delegata, SS. Pontificis vices in hoc Concilio obiisse creditur. Certe Concilio præfuisse videtur, cum in omnium subscriptionum capite ejus Nomen legatur. S. Athanasius de eo dicit, quod omnia Concilia rexerit, & eum quidem exinde post viginti duos annos Concilio Sardicensi præsedisse constat. Profecto non dispicitur, quare Osius Cordubensis ex vulgari Episcoporum ordine, Alexandrino, & Antiocheno præsentibus, suo nomine omnibus mundi Episcopis præsedisset. *Gelasius Cyzicenus claris*

Apol. p. 703.

Gelas. I. II. c. 5.

claris verbis testatur, Osium Sylvestri E-Sæculum IV.
 piscopi Magnæ Romæ cum Presbyteris A. C. 325.
 Vitone, & Vincentio locum tenuisse; Is,
 dum hoc asserit, suspectus esse non de-
 bet, ipse Græcus, atque ex actis, & no-
 tatis Græcorum excerptis. Tandem,
 quod ipse scripsit, sequentium temporum
 usus confirmavit; in fronte Conciliorum
 Oecumenicorum, quorum acta habemus,
 Legati Papæ conspiciuntur, ut plurimum
 aliquis Episcopus, & duo Presbyteri. (*)
 Hi

A. 325.

(*) Omnia hæc argumenta, clarissimo Gelasii
 Cyziceni testimonio conjuncta, certitudinem pa-
 riunt.

Der deutsche Uebersetzer hat in seiner Anmer-
 kung viel darwider einzuwenden, daß Osius im Na-
 men des Pabstes dieser allgemeinen Versammlung
 soll vorgestanden seyn. Es ist ein Vorurtheil,
 sagt er: des Herrn *Fleury*, und anderer päb-
 stischen Scribenten. Indessen kann er diejeni-
 gen Gründe, welche der Herr *Fleury* hier zur Be-
 hauptung dieser Meynung bringet, nicht widerlegen.
 Zwentens, sagt er: *Gelasius* hat dieses zu erst
 in die Welt hinein geschrieben. Allein er weiß
 nicht das geringste beyzusetzen, warum das Zeugniß
 dieses sonst alaubwürdigen Schriftstellers in diesem
 Stücke sollte verdächtig seyn. Drittens: Die
 wahre Ursachen, warum er den Vorsitz gehabt,
 waren seine besondere Verdienste um die Kir-
 che, das Zutrauen, welches der Kayser *Con-
 stantinus* auf ihn setzete, und weil er die Sachen,
 so

Sæculum IV. Hi ergo fuere Episcopi cœteris memorati
A. C. 325. digniores, inter eos, qui in Concilio Ni-
 cœno affederunt.

§. VI

so vorkommen sollten, schon auf dem Concilio zu Alexandrien abgehandelt hatte. Dieses aber alles sind bloße Muthmassungen, welche, wenn nicht anders wäre, durch das Zeugniß des Gelasius allein zernichtet werden. Endlich lobet er die Unrichtigkeit des Tillemont, welcher dieses Vorurtheil bestritten. Ja die Herren Protestanten loben alles, was sie vermeynen, daß es in ihre Kräfte taugte; Herr Gruber, welcher unsers Herrn Fleury's Institutions au Droit Ecclesiastique, ins Latein übersetzt, (denn er, und nicht Bœhmerus, wie ich in einer Anmerkung des ersten Bandes erroncalami geschrieben, ist der Uebersetzer) hat ihn auch wegen seiner Unfrichtigkeit ungemein großes Lob beygelegt, er sagt in der Vorrede: *De cetero nihil est, quod verear, ne diversa Sacra quibus Auctor addictus fuit, pretium libelli minuunt. . . . Nam & de Primatu Papæ tam ambigue loquitur, ut eum magis destruere, quam adstruere videatur. . . . Nec dissimulat propria vulnera Ecclesiæ. . . . haud dubie a Nostratibus inter Testes Veritatis, qui nostra ætate vixere, maximos referendus.* Wir nehmen das Zeugniß des Herrn Grubers an, daß Herr Fleury ein vortrefflicher Zeug der Wahrheit zu unsern Zeiten sey; nur ist es nothwendig, daß wir die Worte: *De Primatu Papæ tam ambigue loquitur*, prüfen. Herr Gruber übersetzt des Herrn Fleury's Worte auf der 59. Seite also: *Papæ nomen, quod*

§. VI.

Sæculum IV.

A. C. 325.

Episcopi Ariani.

Episcoporum cum Ario sentientium, & ^{sup. l. X. §. 34}
 in Concilio præsentium viginti duo
 recensentur, quos inter notissimi sunt,
 Euse-

quod olim Episcopis occidentalibus commune
 fuit, Romani Pontificis proprium mansit, quia
 hic de jure Divino omnibus Episcopis major est
 habitus, Apostolorum Principis Successor, & vi-
 sibile Caput Ecclesiæ. Und auf der 554. Seite:
 Et quia (Christus) Petrum in primis gregis sui
 Ducem constituit, voluitque, ut is Fratres con-
 firmaret; pie credimus, Papæ jure divino com-
 petere jurisdictionem in omnes Episcopos, &
 per omnem Ecclesiam, ne qua Fidei deprava-
 tio gliscat, neve Canones vilipendantur. Here
 Gruber! soll das zweydeutig geredet seyn? Aus
 den Kirchengeschichten des Herrn Fleury erhellet,
 daß in den allgemeinen Kirchenversammlungen,
 allwo die Glaubensfragen entschieden werden, dem
 Römischen Bischöfe gebühre vorzustehen. Hier
 sehen wir aus seinen Worten daß sich des Pabstes
 Gerichtsbarkeit über alle Bischöfe der Welt, und
 in der ganzen Kirche erstrecke; daß auch die Pabste
 diesen Gewalt ausgeübet, lieset man tausendmal
 in seinen Geschichten. Es steht dem Pabste zu,
 als dem sichtbaren Oberhaupt der Kirche zu sor-
 gen: Ne qua fidei depravatio gliscat, neve Ca-
 nones vilipendantur. Das ist; Damit nicht
 nur

Sæculum IV. Eusebii duo, Nicomediensis, & Cæsariensis, Theodotus Laodicenus, Paulinus Tyriensis

nur allein der Glaube, sondern auch die Grundsätze, und die *Disciplin* in der ganzen Kirche erhalten werden; und dieses: *Jure Divino* weil es uns Jesus Christus in der heil. Schrift durch die Worte, welche er zum heil. Petrus gesprochen, also gelehret hat. Soll das zweydeutlich seyn? Herr Fleury sagt in der Vorrede des ersten Bandes seiner Kirchengeschichte, und leget es als eine Grundregel, daß nur allein diejenigen welche in der Gemeinschaft der allgemeinen, und zuvörderst der Römischen Kirche, folglich auch des Römischen Bischofes, gelebet haben, als Rechtgläubige, zu allen Zeiten seyen angesehen worden. Soll das auch wohl zweydeutig seyn? Ja wie mehr drücket sich der Herr Fleury in eben dieser Vorrede so klar, und deutlich aus, da er sagt: *Econtra Societates Hæreticorum ex eo dignoscuntur, quod si ad prima tempora reducatur, serius aut citius certum tempus deprehendatur, quo se ab Ecclesia, ex qua ortum traxerant, separarunt*; Daß der protestantische Uebersetzer in dieser Noth sich nicht anders als mit der verwegenen Critic zu helfen gewußt; er hat die Worte des Herrn Fleury verfälschet, und hinein gesticket in welcher Zeit sie sich von dem Worte Gottes getrennet haben. Nun welche Parthey sich von dem Worte Gottes getrennet habe, ist die Frage, welche der Herr Fleury auflöset durch die Rede

riensis, Athanasius Anazarbanus, Grego- Sæculum IV.
rius Berytensis, Aetius Liddensis. Hos A. C. 325.

ipse Socr. I. hist.
c. 8.

daß diejenigen Kezer wären, und folglich von dem Worte Gottes abgewichen, welchen man erweisen kann, um welche Zeit sie sich von der allgemeinen Kirche getrennet. Wir Katholicken sind alle Stunde im Stande zu zeigen, wann sich die Herren Protestanten von der Römischen, und allgemeinen Kirche, in welcher sie geboren waren, abgesondert, wann aber, in was für einem Jahre, oder nur in was für einem Jahrhundert die heutige Katholicken sich von der Römischen, und allgemeinen Mutterkirche getrennet haben sollen, ist eine Frage, auf welche man von unserem Uebersetzer keine zureichende Antwort erwarten darf. Es redet also der Herr Fleury in Ansehung des Römischen Pabstes, und seines Gewalts ganz und gar nicht zweydeutig, sondern die Herren Protestanten suchen sich mit solchen kahlen Entschuldigungen zu rechtfertigen, daß sie Kirchengeschichte, und Kirchenrechte von Katholischen Schriftstellern entlehnen, übersetzen, und neu auslegen lassen, sie verrathen hiermit die Schwäche, Jugend, und Armuth ihrer eigenen Kirche, denn wo über fünfzehn Jahrhundert keine Kirchengeschichte, und keine Kirchenrechte zu finden, da kann auch keine Kirche gewesen seyn. In der That würde einem ehrlichen Protestanten übel zu Muth werden, wenn man von ihm fodern sollte, er soll die Kirchenrechte, von Christi des HErrn Zeiten an bis auf das fünfzehende Sæculum,

Hist. Eccles. Tom. III.

L zusam

Sæculum IV. ipse Arius inter addictos sibi numerabat

A. C. 325. quibus alii septem adjungendi, Mar-

Calcedonensis, Theognis Nicænus, Menophantes Ephesinus, Narcissus Neroni-
denus ex Cilicia, Patrophilus Scytho-
polititanus ex Palæstina, Secundus Prole-
maidenus ex Lybia, & Theonas ex Mar-
marica. Posteriores duo in Concilio se-

sup. l. X. §. 37 cundo Alexandrino, quod S. Alexander

Theod. l. 1. egit, depositi fuerant. Pauci erant A-

hist. c. 7. riani, cum Catholicis comparati, quorum

numerus ad ferme trecentos excre-

rat, & ex paucis etiam plerique errores

Socr. l. c. 8. callide dissimulabant. Aderant etiam

in Concilio Laici, in arte Dialecticæ ex-

ercitati, quorum opera utriusque parti-

Episcopi uterentur, horum enim pler-

Socr. l. 1. que in SS. Scripturis magis, quam scien-

c. 17. tiis profanis erant versati.

§. VII

zusammen tragen, diejenigen Gefäße aber, welche von der Römischen Kirche, und von solchen, welche mit der Römischen in Gemeinschaft gelebet weg lassen, oder Kirchengeschichte verfertigen, aber die bereits tausend siebenhundert Jahre alte Gewohnheit, welcher sich die Protestanten sowohl als Katholicken bedienen, die Römischen Päbste dazu zum Grund, und Zusammenhang zu setzen lassen, und eine andere Methode einzuführen.

§. VII.

Conversio Philosophi.

Sæculum IV.

A. C. 325.

Non nulli Gentiles Philosophi, Episcoporum cœtui se immiscentes, super Religione disputare auebant; aliqui, quænam hæc nostra esset Doctrina, curiose perquirebant, alii ineluctabilem collabentis Deorum cultus ruinam dolentes, Christianorum animos dissensionibus dividere conabantur. Ajunt senem, quondam Confessorem, simplicem Laicum, & litterarum rudem, cum unius ex his superbis Philosophis fastum non ferret, eidem Christianæ Religionis veritatem persuadere omni annisu contendisse; iratissimi eorum, quibus nota erat viri ignorantia, loquentem ridebant, prudentiores rei eventum metuebant; tamen senis reverentia effecit, ut disputantem non turbarent; hæc autem fuere ejus verba: *In Nomine Jesu Christi, audime, Philosophæ! unus est DEUS, Creator cæli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium, qui omnia Verbi sui virtute fecit, & Spiritus sui sanctitate confirmavit; Verbum hoc, quod Filium Dei appellamus, cum hominum, brutorum move viventium, sortem miseraretur, ex muliere nasci voluit, cum hominibus conversari, & pro eis mori. Veniet secundo, ut uniuscujusque vitam judicet.*

*Ibid. c. 18.
Ruf. I. c. 2.
Socr. I. c. 8.*

An. 325.

L 2

sine

Sæculum IV. *sine vana curiositate credimus. Ne igitur inveniendis contra fidem rationibus frustra cerebrum torqueas, aut, quomodo hæc fieri potuerint, quæras, sed responde mihi, an credas!* Philosophus ille, attolentis, respondit: *Credo.* Et, gratias agens, quod suam contumaciam fregisset, Christianum se professus est, cæterisque suadebat, ut exemplum sequerentur, se enim, quod jurejurando affirmabat, occulta, sed divina vi compulsum, ut crederet.

§. VIII.

Libelli contra Episcopos.

A. 325.
L. 3. Cod.
Theod. de
divers. rescr.
v. Pagi. an.
325. Buff. 1.
c. 2. Sozom.
1. c. 17.
Theod. 1.
c. 11.

Cum Imperator vigesima tertia Maji Nativitatis die cææ esset, quidam Episcopi occasionem favere rati, ut privatis suis commodis invigilarent, libellos contra Confratres suos ei tradiderunt; hos potissimum et Arianis fuisse crediderunt. Imperator libellos acceptavit, simul omnes convolutos, & bene obsignatos in præfixam a se diem servari jubet; interim dissidentes componere laborabat, atque destinata die ubi libellorum volumen allatum est, ad Episcopos, *Æquum non est, inquit, ut ab hominibus judicemini, cum vobis nos ipsos omnes judicandi potestatem dededit Deus; ergo causas vestras ipsi relinquit judicandas, & unitis animis quæstiones fidei*

dei definite. (*) Tum, ipsis cernentibus, omnes libellos flammis tradidit, jurans, nec unicum apicem a se lectum, quod Episcoporum peccata latere oporteret, ne populis pessimo exemplo essent. Ajunt, illud quoque memoria dignissimum addidisse; se vero, si Episcopum suis oculis in adulterio deprehenderet, detracta sibi purpura contecturum.

§. IX.

Episcoporum Colloquia.

Episcopi ante primam sessionem publicam ad privata colloquia, advocato etiam Ario, convenerunt. Ipse omnes suos errores explicavit, sicut antea in *Sozom. 1. c. 17. Athan. or. in Ar. e. p. 294.* *Epistolis retulimus; Deum non semper fuisse Patrem, & tempus fuisse, quo Filius non erat; hunc esse ex nihilo productum, creaturam, & ad modum cæterorum omnium divinæ potentiaæ opus. Esse natura mutabilem, libero suo arbitrio bonum mansisse, & quando voluerit,*

L 3 sicut

(*) Testimonium invictum! quo duo, unum Fidei, alterum Disciplinae Ecclesiasticæ, Capita demonstrantur; Primum, solis Episcopis Potestatem esse de Fide judicare, secundum, Clericos a Jurisdictione Laica oportere esse exemptos, Imperatorem sapientissimum in ipso Ecclesiasticæ libertatis exordio credidisse.

Sæculum IV. sicut creaturas alias, mutari posse
A. C. 325. quamobrem, cum Deus prævidisset, ipsum
 in bono perseveraturum, eidem antici-
 pando illam Gloriam contulisse, quam
 sua virtute erat meriturus, ita ut non a-
 liter, quam ob prævisa opera tantus eva-
 serit. Aiebat; Jesum Christum non esse
 verum Deum, sed tantum per participa-
 tionem, sicut omnes alii, quibus Deorum
 nomen tribuitur. Addebat; non esse
 Verbum substantiale Patris, & propriam
 ejus Sapientiam, per quam omnia fecit,
 sed per ejus Sapientiam æternam factum
 esse; in omnibus a Patris substantia esse
 distinctum; nos non propter ipsum fa-
 ctos esse, sed ipsum propter nos, quando
 Deus, qui antea solus fuit, nos creare de-
 crevit. Per voluntatem Dei factum fuisse,
 sicut reliqua omnia, cum antea non
 fuisset. Non esse propriam, & natura-
 lem Patris productionem, sed gratiæ ejus
 effectum. Non esse virtutem Dei veram,
 & naturalem, sed ei in Scriptura nomen
 virtutis dari, illa ratione, qua erucis tri-
 buitur, aut stridulis scarabeis. Dicebat
 præterea; Patrem esse Filio invisibilem,
 nec posse ab eo perfecte cognosci, sed
 tantum pro capacitate suæ essentiæ, quæ
 initium habuit. Tandem Christo pro-
 priam suam substantiam esse ignotam.
 Tales fuere Arii blasphemix, quæ audiri
 sine fastidio non possunt.

Episco-

Episcopi e diversis orbis partibus col-
 lecti, aures occludebant, atque hanc Do-
 ctrinam ut peregrinam, & a fide Eccle-
 siae remotissimam, rejiciebant; aliqui-
 bus, omnem novam Doctrinam, nullo
 præmissio examine, damnandam esse, vi-
 debatur, fidemque, quam per traditionem
 ab initio acceperant, servandam; hæc il-
 lorum potissimum erat opinio, quos mo-
 rum simplicitas ab omni in rebus fidei
 curiositate avertebat; alii contendebant,
 antiquis opinionibus non sine examine
 esse inhærendum. In istis colloquiis mul-
 tis Episcoporum, & Clericorum, qui eos
 secuti fuerant, occasio non defuit, qua e-
 gregia darent specimina, quantum Dia-
 lectica, & disputandi arte valerent; sic-
 que Imperatori, & Purpuratis innotesce-
 rent, inter illos Athanasius Diaconus A-
 lexandrinus emicuit.

§. X.

Sessio Publica.

Dies Sessioni publicæ Concilii destinata
 erat juxta Romanos decima tertia
 Calendas Julii, Paulino, & Juliano Con-
 sulum; juxta Macedones decima nona
 Desii anno Alexandri 636. juxta nos de-
 cima nona Junii anno J. C. 325. Cum il-
 luxisset hæc dies, omnes, quos Concilio
 adesse oportebat, in aulam, quæ in me-
 diop.

Sæculum IV. dio Palatii erat amplissima, se conferunt
A. C. 325. ubi in scamnis utraque ex parte dispositis, confidentes, in silentio expectabant. tunc primi ex Imperatoris comitatu intrant, iique non Prætoriani, aut viri armati, sed ejus amici, & Christiani; ad hoc advenientis Imperatoris indicium omnes assurgunt; intrat ille, purpura conspicuus, & auro, gemmis late fulgorem spargentibus; qua reverentia in Religionem esset, vultu exprimebat, modestiam suffusus rubor testabatur, & demissis oculis incessus; cæterum vir erat insigni specie, viribus corporis valens, omnibus adstantibus medio vertice major, quibus dotibus ingens pretium addebant pietas, & humilitas. Ubi ad superiorem triclinii partem pervenit, constitit proximus sellæ aureæ, sibi præparatæ, nec prius confedit, quam signis ab Episcopis rogatus; quo sedente, omnes in suis scamnis acquieverunt.

Ibid. c. 2. Episcoporum primus a dextris sedens
Theod. 1. c. 7. (Eustathius Antiochenus fuisse creditur) surrexit, & Imperatorem compellans, ejus nomine Gratias Deo egit, iterumque confedit, omnibus silentibus, & defixis in Constantinum oculis. Ipse vultu sereno in Episcopos intuens, cum paululum mentem collegisset, leniter, & tranquille loqui cœpit, summum gaudium testatus, quod eos collectos in unum videret, &

Euf. c. 12.

& ingens desiderium, quo optabat, ut si-
cut in hoc loco corpore conjuncti, ita in
quæstionibus fidei animis, & sententia
uniti essent. Latine loquebatur, nempe
sua, & Romani Imperii lingua, sed erant,
qui ea, quæ diceret, græco sermone in-
terpretabantur, quod hæc lingua, utpo-
te Oriente usitatissima, plerisque Patrum
familiarior esset. Imperator deinde his,
qui Concilio præerant, locum loquendi
dedit, & plenissimam Episcopis Doctri-
nam fidei examinandi libertatem fecit.

Sæculum IV.
A. C. 325.

Socr. I. c. 8.
Athanas. or. I.
in Ar. p. 296.

§. XI.

Arii opiniones examinantur.

In initio Arii dogmata ad examen vocata. *Ep. Synod.*
Ipsam loquentem audire sustinuerunt, *ap. Socr. 3.*
& easdem, quas prius, blasphemias co- *c. 9. Thod. 1.*
ram Imperatore evomentem. Eusebia- *c. 6. Athan.*
ni, defendendo Ario intenti, nil nisi *de decr. pag.*
verba impia proferebant; alii Episcopi, *251.*
ipsis numero plurimum superiores, man-
sue petebant, ut suæ Doctrinæ rationem
redderent, & ex fidei principiis argumen-
ta afferrent, sed Ariani in ipso dicendi
ingressu unus alterum oppugnabant, ite-
rumque, hæresis suæ absurditatem stu-
pentes, tacebant, & quod omnium oculo-
rum superbia pateret, pudorem si-
lentio fatebantur. Episcopi, refutatis
eorum figmentis, Sanctam Ecclesiæ Do-
ctrinam

L 5 etrinam

Sæculum IV. Œrinam explicarunt. Imperator ser-
 A. C. 325. pisputantes patienter auscultabat, maxi-
Euf. III. vit. ma attentione, quæ utrinque profereban-
 c. 13. tur, pensabat, eaque, sermone repetens,
 paulatim dissidentium opiniones conciliare satagebat. Quemque eorum, qui contentiosissimi videbantur, leni alioquo mitigabat, græca lingua, quam non ignorabat, usus; tandem rationes, preces, laudes adhibuit, ut omnes ad unitatem reduceret.

Lecta est in Concilio epistola Eusebii
 Eust. apud Nicomediensis, manifeste hæresin contem-
 Theod. I. c. 8. nens, quæ præterea factionis clandestinæ molimina prodebat; hujus lectio tantæ indignatione excepta, ut confestim in omnium oculis, maxima Eusebii confu-

Amb. 3. de sione, laceraretur. Inter alia in ea affir-
 fide c. 7. alias mabat; si Filius Dei increatus diceretur
 I. n. 125. ap. necessario etiam consubstantialem Patri
 Theod. c. 6. dicendum. Ex quo colligi possit, illam

Sup. lib. X. fuisse epistolam, quam ad Paulinum Ty-
 S. 43. riensem dederat, ubi aliis verbis hæc asser-
 tertio reperitur. Ariani etiam professionem fidei, a se conscriptam, Concilio obtulerunt, quæ vix perlecta, tanquam falsa & hæretica lacerata est, magnusque exitus tumultus accusantium eos esse veritatis proditores.

Athan. Decr. Concilium, ut impias, quibus Ariani
 p. 267. & ep. utebantur, voces exterminaret, easque
 ad Afric. p. quæ Scripturæ auctoritate fulciuntur, ad-
 963. & ap. hibe-

hiberet, dixit: *Filium esse Deum.* Arianæ Sæculum IV. ni contendebant, *nomen Filii nobis omnibus cum ipso esse commune, quia scriptum est; unus est Deus, ex quo sunt omnia.* Theod. I. hist. c. 8. 1. Cor. 8. Et iterum: omnia facio nova, & omnia ex Deo sunt. Patres, videntes eorum

astutiam, clarius explicare coacti sunt, quomodo Filius ex Deo sit, & dicere, quod ex substantia Dei sit; verum enim est dicere, Creaturas esse ex Deo, cum earum Auctor sit, estque ita dicere necessarium, ut probetur, creaturas non existisse casu fortuito contra Philosophos, somniantes, hunc Mundum temerario atomorum concursu coaluisse, & contra quosdam hæreticos demonstratur, Mundum neque ab Angelis neque ab alio Auctore, quam vero Deo conditum. Deus igitur, qui erat, per Verbum suum res omnes condidit, quæ non erant antea, Solum Verbum ex Patre est, quod ut melius exprimatur, dicitur, ex substantia Patris esse, quod nulli alteri creaturarum convenit. Ideo vox substantia usurpata, de qua postmodum tam diu multumque disputatum.

Episcopi ab exiguo Arianorum numero quærebant, an dicturi essent, Filium esse virtutem Patris, unicam ejus Sapientiam, imaginem æternam, ei per omnia similem, immutabilem, semper in eo subsistentem, denique verum Deum? non respon-

Sæculum IV. respondebant Eusebiani, nec aperte ne

A. C. 325. gare audebant, ne convincerentur, sed
submisse colloqui conspiciebantur, atque
oculis annuere, voces has: similem, semper,
in eo, & virtutis nomen etiam non
homines cum Filio participare. Possu-

Arianorum *mus, inquebant: has voces sine periculo
fallaciæ. admittere, vocem: similem, quia scriptum
est, hominem esse imaginem, & gloriam*

1. Cor. 11. 7. *Dei. Semper, quia scriptum est; nos enim,
qui vivimus, semper sumus. In eo, quia*

2. Cor. 4. 11. *legitur: in ipso sumus, movemur, & vi-
vimus. Immutabilem, quia Scriptura di-*

Act. 17. 18. *cit: nihil nos a Charitate Jesu Christi se-
parat. Virtutem, quia de pluribus vir-*

Rom. 8. 35. *tutibus Scriptura memorat, & alibi eru-
1. Cor. 12. 10. ca, & scarabeus nominantur virtus, &*

Joel 2. 25. *quidem magna virtus. Sæpe dum Scri-
ptura de populo loquitur, dicit; magnam*

Psal. 45. *Dei virtutem ex Ægypto egressam. Super
12. & aliæ virtutes cælestes, quia legitur: Do-
minus virtutum nobiscum est. Tandem si
dicant, Filium Dei esse verum Deum, non
repugnabimus, est enim Deus, quia Deus
factus est.*

§. XII.

*Necessitas vocis hujus Consubstan-
tialis.*

Tunc Episcopi, eorum dissimulatione &
mala fide cognita, clarius loqui ad-
acti, in unica voce sensum Scripturarum
inclu-

incluserunt, dicentes, Filium esse Patri ^{Sæculum IV.}
 consubstantialem, usi vocabulo græco ^{A. C. 325.}
homoousios, ex hac die notissimo; hac
 voce exprimitur, Filium non vulgariter
 similem esse Patri, sed ita similem, ut
 etiam idem sit, & ostenditur, similitudi-
 nem, & immutabilitatem Filii longe di-
 versam esse ab ea, quæ nobis tribuitur,
 quamque exercendo virtutes, & manda-
 ta Divina observando acquirimus. Aliun-
 de corpora similia separari possunt, &
 amoveri, quemadmodum in humanis Pa-
 ter, & Filius, quantumcunque similes sint,
 at Generatio Filii Dei nimium quan-
 tum ab humana differt. Filius non tan-
 tum similis est, sed etiam a substantia Pa-
 tris inseparabilis; Pater, & ipse unum
 sunt, sicut ipse dixit. Verbum semper ^{Jo. 10. 30.}
 in Patre est, & Pater in Verbo, sicut splen-
 dor se habet respectu Luminis. Hinc Pa-
 tribus Concilii Nicæni vox: consubstan-
 tialis, adeo placuit; quod referente S.
 Athanasio didicimus, præsentem, & qui
 ipse pars magna hujus Concilii fuit. Ali- ^{S. Amb. III.}
 unde quoque scimus, Patres non igno- ^{de fide c. 15.}
 rasse, hanc vocem Arianis esse terribilem. ^{n. 125.}
 Ex epistola Eusebii Nicomediensis vidi-
 mus, ab ipso tanquam grande malum per-
 timesci, ne, si Filium increatum agnosce-
 rent, eundem quoque ex Patris substan-
 tia esse, fateri cogerentur.

Aria-

Sæculum IV. Ariani, alii murmure, alii risu vo
 A. C. 325. cem: consubstantialis, exceperunt, quod
 Socr. I. *bist.* dicerent, eam in Scriptura non inveniri
 c. 8. & pessimum de Divinis sensum involvere.
 Nam, quod aliquid, inquebant: cum aliquid
 ejusdem substantiæ esse dicatur, tribus mo-
 dis contingit, videlicet divisione, effluxu
 aut productione; productione, sicut planta
 ta ejusdem cum radice sua substantiæ efflu-
 ditur. Effluxu, sicut liberi cum parenti-
 bus, & divisione, sicut duo vel tria po-
 cula ex eadem auri massa efformata. Ca-
 tholici vocem: Consubstantialis, ita sci-
 Euf. Cæsar. te explicarunt, ut ipse Imperator cape-
 ap. Theod. I. ret, nullam in illa Ideam rei corporea
 hist. c. 12. involvi, nec ullam significari divisionem
 substantiæ Patris, utpote simpliciter im-
 materialis, & spiritualis, sed hanc con-
 substantialitatem modo Divinitati con-
 gruam, & ineffabili debere intelligi. Osten-
 derunt etiam, quam inique agerent Arian-
 ni, dum hanc vocem rejiciebant vano
 obtentu, quod in Scriptura non legeretur,
 ipsi, qui multas voces, SS. Scriptori-
 bus ignotas, usurparent, ut cum dicerent,
 Filium Dei ex nihilo extractum, & non
 semper extitisse. Addebant, vocem
 consubstantialis non esse novam, sed hac
 ipsa, illustrissimos Episcopos Roma-
 num, & Alexandrinum (erant hi duo
 SS. Dionysii) usos fuisse ad eos con-
 demnandos, qui dicebant, Filium esse
 creatu-

creaturam, & Patri non consubstantialem. Eusebius Cæsariensis hujus rei veritatem non agnoscere non potuit.

Sæculum IV.
A. C 325.

Non nulli in voce consubstantialis reijcienda persistebant, quod in Concilio Antiocheno contra Paulum Samosatenum

Sup. l. VIII.
s. i. Basil.
ep. 300.

actō, fuisset damnata; id autem ibi ideo factum, quia Paulus hanc vocem materiali modo accipiebat, & aliquam divisionem indicantem, sicut plures nummi ex eodem metallo esse dicuntur; contra Paulum in eo disputationis cardo vertebatur, ut demonstraretur, Filium ante omnia alia extitisse, & cum esset Verbum, carnem fuisse factum; Ariani vero admittebant, Filium ante tempus extitisse; nempe ante tempus fuisse factum asseverabant, & ad creaturarum censum esse referendum; agebant ejus similitudinem, & unionem cum Patre non esse secundum substantiam, aut naturam, sed secundum conformitatem Doctrinæ. Ergo Patribus, ad occludendas omnibus eorum argutiis rimas, nulla vox visa est magis idonea, quam: consubstantialis, in hanc usque diem Arianorum terror.

Athan. de
Synod. pag.
920. 921. &c.

§. XIII.

Synodi Nicænce Symbolum.

Postquam de hac voce, aliisque exprimentæ fidei Catholicæ aptissimis in-
ter

Athan. ad
Sol. p. 837.

Sæculum IV. ter Patres convenit, Osius formulam
 A. C. 325. concepit, & Hermogenes, exinde Episcopus
 Casareæ in Cappadocia, descripsit.
 Basil. ep. 319. Erat autem ejusmodi: *Credimus in unum
 Euf. Cæs. ap. Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem
 Theod. 1. c. 12. rerum omnium, visibilium, & invisibilium;
 Socr. 1. c. 8. & in unum Dominum Jesum Christum
 Basil. ep. 78. Filium Dei unicum, ex Patre, qui
 Ruf. 1. c. 5. est, ex substantia Patris genitum. Deum
 de Deo, lumen de lumine, Deum verum de
 Deo vero, genitum, non factum, Consubstantialem
 Patri, per quem omnia facta sunt in cælo, & in terra.
 Qui propter nos homines, & propter nostram salutem
 descendit de Cælis, incarnatus, & homo factus est.
 Passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in
 Cælos, & venturus est judicare vivos, & mortuos.
 Credimus etiam in Spiritum Sanctum. Illis vero,
 qui dicunt, tempus fuisse, quo Filius non erat,
 & non extitisse, antequam genitus esset, sed
 fuisse ex nihilo productum; aut qui dicunt
 Filium Dei esse in alia hypostasi, aut alterius
 substantiæ, mobilem, mutabilem, Sancta Ecclesia
 Catholica, & Apostolica anathema dicit.*

Omnes Episcopi hoc Symbolum approbarunt,
 & subscripserunt, si modicum Ariatorum
 numerum excipias. Primum septendecim erant,
 qui signare recusabant, postmodum tantum
 quinque, Eusebius Nicomediensis, Theognis
 Nicænus, Maris Calcedonensis, Theonas, &
 Secundus

dus ex Lybia. Eusebius Cæsariensis vo-
 cem: Consubstantialis approbavit, quam
 priori die impugnauerat. Rursus ex istis
 quinque tres depositionis, & proscriptionis
 metu cesserunt, namque Imperator
 minatus fuerat, in exilium ejiciendos, qui
 subscribere nollent. Solos Theonam, &
 Secundum, pertinaciter Ario inhæren-
 tes, Concilium unacum eo condemnavit.
 Tres illi, qui tempori cesserant, fuere
 Eusebius Nicomediensis, Theognis, &
 Maris. Eusebius nullum non movit la-
 pidem, ut sibi faventem Constantinum
 redderet, missis, qui clam omnibus Prin-
 cipi loquerentur, eumque a depositionis
 timore securum præstarent. Tandem
 Constantiæ Imperatoris Sororis monitis
 obtemperavit, & cum subscriptionem de-
 clinare non posset, saltem fidei professio-
 nem ab anathemate, quod in calce ap-
 positum erat, distinxit, & subscripsit qui-
 dem fidei, non vero anathemati, quia
 ajebat, sibi persuasum habere, talem non
 esse Arium, qualem Patres crederent,
 aliud sibi partim ex ejus epistolis, partim
 familiaribus colloquiis constare. Est et-
 iam non nemo, qui dicat, scilicet Philo-
 storgius Scriptor Arianus, Eusebium, &
 Theognim suis subscriptionibus, quæ
 erant simillimæ, fraudem inseruisse, dum
 in vocabulo *homoousios* unum *jota* posue-
 runt, ita ut *homoiousios* legeretur, quod po-
 Hist. Eccles. Tom. III. M ste

Sæculum IV.
 A. C 325.

Athan. in
 Decret. p.
 251.

Eustat. ap.
 Theod. c. 8.
 Epist. Syn.
 ap. Socr. I.
 c. 9.

Ep. Const.
 ad Theod. I.
 hist. c. 20.
 Libell. Euf.
 ap. Socr. I.
 hist. cap. 14.
 & ap. Soz.
 II. c. 6.

Philost. l. I.
 c. 9.

Sæculum IV. A. C. 325. sterius dicit similem in substantia, pri-
 vero substantia eundem significat. Cu
 Ario etiam ejus scripta, & nominati-
 Thalia ejus, damnata sunt; nec no-
 omnes illi, quos jam Concilium Alexan-
 drinum cum eo damnaverat, atque inter
 alios Diaconus Euzoius, postmodum Episcopus
 copus Arianus Antiochenus, & Piflus
 postmodum Episcopus Arianus Alexan-
 drinus.

§. XIV.

Decretum de Paschate.

Sup. l. III. §. 43. Lil. **Q**uæstio de Paschate S. Aniceti Pape
 & S. Polycarpi, exinde etiam S. V-
IV. §. 43. ctoris temporibus agitata, necdum satis
Athan. de decisa, convocandi Concilii Nicæni post
Synod. p. Arii hæresin causa secunda fuerat; quip-
 872. *Ad Afric.* pe Ecclesiæ Syriæ, & Mesopotamiæ ad
 p. 933. hucdum Judæorum morem servabant
Const. ap. Pascha decima quarta Lunæ, nulla habita
Euj. III. ta diei Dominicæ ratione, celebrantes
vit. c. 18. 19. Reliquæ Ecclesiæ omnes Pascha die Do-
 minica celebrabant, nempe Roma, Italia,
 Africa, Lybia, Ægyptus, Hispania, Gal-
 lia, Britannia; universa Græcia, Asia, &
 Pontus. Certe ista diversitas scandalum
 non vacabat, cum Christianorum aliqui
 jejunio affligi conspicerentur, eodem
 tempore, quo alii ejusdem Religionis fe-
 stos dies agerent.

Hac quæstione examinata, Patres sta-
 tuerunt, in tota Ecclesia eadem die Pascha
 esse celebrandum, promiseruntque Orien-
 tales, se Ecclesias suas ad usum Roma-
 num, Ægypti, totiusque Occidentis con-
 formaturos. At aliis verbis in hac ma-
 teria, quam in quæstionibus fidei pronun-
 tiatum, quam diversitatem S. Athanasius
 adnotavit. In materia fidei dicunt: *Hæc
 est fides Ecclesiæ Catholicæ: credimus.
 Et reliqua*, ut ostenderent, non novam
 legem ferri, sed traditionem Apostolicam
 declarari; nec illi decreto dies, vel an-
 nus appositus. In quæstione Paschatis
 dicunt: statuimus, quod sequitur; ut in-
 nuerent, omnibus esse obediendum.
 Paschatis celebrationi dies fixa, Dominica
 immediate sequens decimam quartam Lu-
 næ, post æquinoctium vernale illucescen-
 tis, quia exploratum est, Dominum No-
 strum illa Dominica resurrexisse, quæ
 post Judæorum Pascha prima fuit. Ut fa-
 cilis prima dies Lunæ, & ex consequen-
 ti decima quarta inveniretur, statutum,
 novemdecim annorum Cyclo esse uten-
 dum, quo expleto novilunia in eisdem
 ferme, quo antea, anni solaris dies inci-
 dunt. *Cyclus iste, græce Enneadecate-
 ride* dictus, ferme ante septingentos quin-
 quaginta annos a quodam Atheniensi, No-
 mine Meton, inventus fuerat, & exinde
 aureus numerus nominatus est, quia mos

Sæculum IV.
 A. C. 325.

*Epist. Syn.
 ap. Theod. 1.*

c. 9.

*Athan. de
 Syn. p. 873.*

Quæstio de
 Paschate.

*Amb. ep. 22.
 ad Episc.
 Emil.*

*Petav. rat.
 1. p. 1. III.
 c. 8. &c. 2.
 p. 1. I. c. 2.*



Sæculum IV. invaluit in Calendariis dies Noviluniorum aureis litteris distinguendi. Hujus

Hieron. de Script. in Hippolyto Euseb. IV. vit. c. 34. 35. Cycli conficiendi provincia demandata fuisse creditur Eusebio Cæsariensi; illi certe constat, ipsum canonem Paschalem composuisse novemdecim annorum, atque originem, & statum quæstionis explicasse in dissertatione Imperatori Constantino dedicata, qui, pergratum sibi accidisse, per litteras ad Eusebium datas fassus est.

Sup. X. §. 44. Epiph. hæc. 70. n. 9. 14.

Non obstante Concilii decisione Quartodecimani superfuere, obstinatissime Pascha die decima quarta celebrantes, & inter alios Audiani schismatici in Mesopotamia, de quibus superius sermo fuit; imo ex ipso Concilio occasionem nacti sunt, Ecclesiam calumniandi, dicendo, tunc primum Patres, ut Constantino Imperatori assentarentur, a veteri traditione recessisse. Cum Episcopi Senem Audium Constantino detulissent, ut schismatis caput, populosque ab Ecclesiæ unitate avertentem, eum Imperator in Scythiam relegavit. Ibi pluribus annis moratus, ad interiores Gothorum Provincias penetravit, multos in Christiana Religione informavit, Virgines, Ascetas, Monachos ad exactum Disciplinae rigorem instituit; magnum profectum bonum! nisi illud schismatis contumacia corrupisset.

§. XV.

§. XV.

Sæculum IV.
A. C. 325.

Decretum in causa Meletianorum.

Sup. l. VIII.
§. 24.

Synod. ap. Theod. l. I. c. 9.
Et ap. Socr. l. c. 9.

Athan. ep. 2. p. 789.

Concilium schisma etiam Meletii tollere maxime cupiebat, quo Ægyptus a viginti quatuor annis dividebatur, & Arianorum factio non parum firmabatur. Meletius indulgenter habitus, quamvis in Disciplinæ rigore nullam gratiam mereretur. In urbe Lycopoli manere ei permiffum, sine potestate tamen vel eligendi, vel ordinandi, neque alicujus sacerdotalis functionis causa vel ruri, vel in alia civitate comparendi, ita ut simplex Episcopi nomen retineret. Quantum ad eos spectabat, quos ipse ordinaverat, statutum, ut ordinationis defectus sanctiori manuum impositione suppleretur, & ad communionem, functionumque ordinis sui honorem admitterentur, conditione adjecta, ut in quacunque Diœcesi, aut Ecclesia illis, qui antea ab Episcopo Alexandro ordinati fuissent, cederent, quod maxime de ordinatione Episcoporum intelligendum, quippe Meletius multos ordinare præsumpserat, quales viginti octo, plerique in superiori Ægypto, numerantur. Horum certe ordinatio erat illegitima, quia sine consensu Episcopi Alexandrini contra antiquam Provinciæ consuetudinem facta. Præcipit etiam Concilium, ut illis, qui a Meletio or-

Sæculum IV. dinati erant, jus non competat, quos ve
 A. C. 325. lent, eligendi, aut eligendos nominant
 absque Episcopi Catholici Alexandri
 subjecti consensu, quod præcipere id
 erat necessarium, ne his suffragiis sua
 factionem auferent, econtra aliis, schi
 mati nunquam implicitis, sed semper Ec
 clesie Catholice auctoritatem secutus
 potestas eligendi, aut eligendorum no
 mina proponendi, si Clericali ordi
 dignos præsentent, integra conservatur
 & jus faciendi omnia, quæcunque lege
 Ecclesiastica fieri non prohibent. Si qui
 eorum decedat, ex iis quisquam, qui mo
 do ad Ecclesie communionem recipiun
 tur, in defuncti locum promoveri pote
 rit, si isto honore dignus inveniatur, &
 populo electus sit, & Episcopus Alexan
 drinus Electionem confirmet. Hæc omnia
 Meletianis concessa; ipse vero Meletianus
 ab omni auctoritate, & jurisdictione re
 motus, ne, cum esset inflexibilis, & inque
 ti ingenii, nova molimina tentaret. Ex
 perientia deinde docuit, nimiam fuisse
 in ejus Sectatores indulgentiam, & Pa
 tres Ecclesie bono melius consulturos
 fuisse, si Meletianos non recepissent.

*v. Valef. ad
 Euf. III.
 vit. c. 62.
 63.*

*Athan. ap.
 2. p. 788.*

§. XVI.

Synodi Nicænae canones.

tom. 2. Conc. **C**oncilium Nicænum Canones etiam
p. 8. seu

seu Regulas generales Disciplinae edi-
dit, non ut novam institueret, sed anti-
quam, quae relaxari coeperat, conserva-
ret. Viginti omnino canones sunt, quos
omnis antiquitas venerabatur. Primus
hujus est tenoris: *Si quis Evnuchus fa-
ctus est a Chirurgis morbi causa, aut a
Barbaris, inter Clericos remaneat, si se-
ipsum bona fruentem valetudine mutilave-
rit, si Clericus sit, suspendatur, si Laicus,
ad ordines promoveri nequeat.* Cum au-
tem evidens sit, hanc legem solum con-
tra eos ferri, qui plena deliberatione mu-
tilare se ausi sunt, ad ordines admittun-
tur, a Barbaris vel Dominis suis castrati,
si aliunde digni judicentur. Ex hoc ca-
none cognoscimus, quod zelus impru-
dens servandae castitatis non nullos ad
sequendum Origenis exemplum impule-
rit; imo aliquam Sectam, quamvis ob-
scuram, novimus, eo potissimum crude-
litatis genere ab omnibus aliis distinctam;
Valesiani dicebantur, & omnes erant
Evnuchi, nihil, quod vitam habuisset,
suos Discipulos comedere sinebant, an-
tequam fuissent castrati; postquam
vero ipsis virilia exsecuerant, tanquam
fatis contra omnes tentationes mu-
nitis omnia permittebant. Non solum
Discipulos mutilabant, sed hospites quo-
que, & quod maxime abominandum, et-
iam, vi illata, invitos. Hujus Sectae ho-

Saeculum IV.
A. C. 325.
Justel. bibl.
to. I.

Epiph. haer.
40.

Sæculum IV. mines trans Jordanem in ingressu Arabiæ viscebantur.

A. C. 325. Secundus Concilii Nicæni canon ordinationes Neophytorum his verbis prohibet: *Cum multa contra Ecclesiæ leges vel ob necessitatem, vel hominum importunitatem facta, & aliqui recentissime a Paganismo ad fidem conversi, brevi temporis spatio tantum necessaria edocti, baptizati, & ad Episcopatum, vel Presbyteratum promoti sint, visum est, ne deinceps ejusmodi aliquid committatur; tempore enim opus est ad instruendum Catechumenum, & longiori mora, ut post Baptismum probeatur.* Clarissime dixit Apostolus: non
 i. *Timoth.* Neophytum, ne, superbia elatus, in condemnationem incidat, & in laqueos Diaboli. Si postmodum talis reus peccati carnalis inveniatur, & duobus, vel tribus testibus convincatur, Ministerio clericali dejiciatur. Si quis hunc canonem violaverit, ipse depositionis periculum incurrat, quod Magno Concilio resistere ausus fuerit. Credibile est, Arianos, sicut & alios hæreticos hanc legem contempsisse. Concilium hic utitur voce: peccatum animale, quod interpretatus sum peccatum carnis. Concilium Neocæsariense, & ante illud Concilium Illiberitanum circa id genus peccati idem statuerat.

v. *Tertull.*
 præscr. c.
 49. *Conc.*
Neoc. c. 9.
 10. *Elib.*
 c. 5.

§. XVII.

Sæculum IV.

A. C. 325.

Cælibatus. S. Paphnutii sententia.

Canon tertius Ecclesiasticorum puritati ulterius consulit, his verbis: *Magnum Concilium prohibet generatim, ne cui Episcopo, Presbytero, Diacono, aut cuicumque Clerico fæminas subintroductas domi habere liceat, nisi Matrem, sororem, amitam, materteram, aut tales, in quas nulla suspicio cadere potest.* Fæminæ subintroductæ, præsertim Antiochiæ, dicebantur illæ, quæ in domo Clerici habitabant consuetudine, ab Ecclesia semper damnata, ob quam culpam Paulus Samo-fatenus fuerat reprehensus; nam quamvis charitatis, & amicitia spiritualis obtentu id fieret, rem tamen esse periculo plenam, putabant, certe aliorum scandalum vix unquam abesse. Idem jam ante in Concilio Eliberitano statutum. His majora præcipere Patribus Concilii Nicæni animus erat, & legem universalem condere, qua omnes in SS. ordinibus existentes, videlicet, ut Socrates explicat, Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi cum mulieribus habitare, quas adhuc Laici uxores acceperant, prohiberentur; Sozomenus addit & Subdiaconos. Tunc vero Paphnutius Confessor, & in superiore Thebaide Episcopus in medio conventu surrexit, & alta voce suam mentem edi-

Sup. 1. VII

S. 4.

Conc. Illib.

c. 27.

Socr. 1. 1.

c. 11.

Sozom. 1.

c. 13.

M 5

xit;

Sæculum IV. xit; Clericis Sacris tam grave jugum non
 A. C. 325. esse imponendum. Matrimonium esse
 Hebr. 13. 4. irreprehensibile, & thorum nuptialem
 honore dignum. Hunc forte rigoris ex-
 cessum Ecclesiæ nociturum. Non omni-
 bus datum, tantum continentiaæ gra-
 dum servare; timendum certe, ne dein-
 de ipsa castitas, fidesque conjugalis sa-
 pius violetur; Sufficere, si illi, qui in
 Clericum ordinatus est, impostero nup-
 bendi libertas juxta antiquam Ecclesiæ
 traditionem adimatur, a muliere autem,
 quam laicus duxisset, non esse separan-
 dum. (*) Ita locutus est S. Paphnutius,
 qui

(*) Nach diesem Abschnitt kömmt eine Anmer-
 kung des Protestantischen Uebersetzers; Er hebt
 so an: Die Verordnung wegen des Ehelosen
 Lebens der Geistlichen ist keine Apostolische
 Tradition, sondern eine blosser Menschenfer-
 zung, mit welcher nach dem Ausspruch
 Christi GOTT nicht gedienet werden kann.
 Und so weiter ic. Diese Worte, und die ganze
 Anmerkung, sind so dumm, als unverschämt hin-
 geschrieben. Er beziehet sich auf das Zeugniß des
 Bischofs Paphnutius, da solcher jedoch nichts an-
 ders saget, als, es sey genug, daß derjenige,
 so einmal zum geistlichen Amt eingeweyhet
 worden, keine Freyheit mehr habe, sich zu
 verheyrathen, vermöge der alten Satzung
 der Kirche; allein von der Frau, so ein sol-
 cher

qui semper virginitatem servaverat, a puero in monasterio educatus, & purissimæ vitæ laude, si quis alius, insignis.

Sæculum IV.
A. C. 325.

Omnes Patres in suam traxit sententiam, nec ulla lex nova lata est, sed quælibet Ecclesia usum suum, & libertatem retinuit.

Diversæ erant hac in materia Ecclesiarum consuetudines. Socrates historicus, qui ea, quæ modo retulimus, scripsit, *L. V. c. 22.*
alibi

der in seinem vorigen Layenstande geheyrathet, müsse man ihn nicht trennen. Nun ist es zwar wahr, daß man heut zu Tag keinen Ehemann mehr ordinire, allein, daß man Ehelosen, wenn sie sich weyhen lassen, nicht mehr zu heyrathen erlaube, ist eine, nach dem Zeugnisse Paphnutii, schon in der Nicänischen ersten Kirchen-Versammlung alt gewordene Kirchensatzung. Und was kann dieses anders seyn, als eine Tradition, die von den Aposteln herrühret. Aber der Rebel des Vorurtheils läffet den Uebersetzer nicht sehen, daß er sich selbst mit seinen übersehten Worten widerlege. Er redet auch von elenden Ausflüchten Baronii und Bellarmini; Ach Gott! wenn dieser Mensch, dessen Namen niemand weiß, nur erkennte, wie weit er von einem Baronius, oder Bellarminus entfernt sey! Aber weiter. Unser Uebersetzer sagt: Wir finden im sechsten Jahrhundert noch einen Pabst, Namens Hormisdas, der im Ehestande gelebet, und einen Sohn, Namens Sylverius, erzeuget, der auch Pabst gewor-

Sæculum IV. alibi testatur, in Thessalia Clericos fuisse
A. C. 325. excommunicatos, si cum uxoribus, ante
 ordinationem acceptis, habitassent, eun-
 dem morem in Macedonia, & Græcia ob-
 servari; in Oriente eandem consuetudi-
 nem vigere, quamvis Clerici volonta-
 rie, & nulla lege adstricti, ne quidem
 Episcopi, se continerent, aliqui enim ex
 uxoribus legitimis post susceptum Episco-
 patum liberos genuerant. At a S. Hie-
 ronymo,

geworden. Pabst Hormisdas ist im Jahr 514
 erwählet worden, und Sylverius im Jahre 536.
 wenn also dieser, nach dem Jahre 514. wäre ge-
 bohren worden, so hätte er nicht älter seyn können,
 als ungefehr 20. Jahre, da er zum Pabstthume ge-
 langet, welches so wenig als der Ehestand Hor-
 misdæ nebst der Pabstlichen Würde einigen Schein
 der Wahrheit hat. Endlich findet er eine Verwand-
 niß zwischen der Katholischen Geistlichkeit, und den
 Priestern der Cybele, und den Hierophanten, weil
 auch diese ohne Frauen lebten. Dieser unsinnige
 Mensch spottet des geistlichen Standes, dem er
 schuldig ist, daß er von Christlichen Eltern geboh-
 ren worden; denn hätten ein H. Bonifacius, Ru-
 pertus, Corbinianus, Kilianus, Wilibaldus Frauen
 und Kinder gehabt, würden sie die Reise nach
 Deutschland schwerlich über sich genommen haben,
 um solches zum Christlichen Glauben zu bekehren.
 Dieser Uebersetzer gehöret zu der Zahl derjenigen,
 für die man beten muß: *Domine! ignosce illis,
 quia nesciunt, quid faciant.*

ronymo, & S. Epiphanio Socrate anti-Sæculum IV.
 quioribus clarius harum consuetudinum A. C. 325.
 diversitatem discimus. S. Hieronymus Hier. adv.
 ait; Ecclesias Orientis, Ægypti, & Sa- Vigil. c. I.
 cram sedem Apostolicam in Clericos or-
 dinasse aut virgines, aut continentes, aut,
 si uxores haberent, eos jure maritali ab-
 stinuisse. Hic habemus tres magnos Pa-
 triarchatus Romam, Alexandriam, & An-
 tiochiam, hanc enim Sedem nomine Ori-
 entis indicat. S. Epiphanius ait; in Ec- Epiph. hæv.
 clesia exacte observari, ne ordinentur bi- 59. Catha.
 gami, quamvis uxorem secundam non n. 4.
 nisi post mortem primæ duxerint, ipsum
 quoque, qui unius uxoris est, ad Diacona-
 tum, Presbyteratum, Episcopatum, aut
 Subdiaconatum non promoveri, vivente
 ejus uxore, nisi ab commercio conjugali
 velit abstinere, in illis præsertim locis,
 ubi Canones stricte observantur, fatetur
 enim in quibusdam locis Presbyteros,
 Diaconos, & Subdiaconos inventos fu-
 isse, qui matrimonii jure uterentur.
 Subdit deinde hæc verba: *iste usus non
 est conformis regulæ, sed hominum infir-
 mitati, data occasione laxiora sequentium;
 & ut consulatur Fidelium multitudini,
 quibus si Canonum rigor servaretur, for-
 te ministri deessent.* (*) Non igitur ve-
 rita-

(*) Ex his S. Epiphanius verbis rursus Inter-
 pretis Protestantis infania confunditur.

Sæculum IV. ritatem læderet, qui diceret, tunc temporis a Clericis continentiam magis servatam, quam hodie, cum jam a pluribus Sæculis Græcia, & totus Oriens ab hoc rigore remiserit. Cum autem hæc continentia Clericorum non in tota Ecclesia observaretur, noluit Concilium Nicænum Legem universalem statuere. Illis temporibus non condebantur Canones ad inducendos usus novos, cum periculo, ne deinde male observarentur, sed ad veteres Traditionis Apostolicæ consuetudines confirmandas.

§. XVIII.

Alii Canones de Clericis.

Canon nonus iterum de vitæ puritate in ordinandis requisita agit, in hunc modum: *Si quis in Presbyterum sine examine ordinatus fuit, aut si in examine peccata, ante commissa confessus est, & post confessionem nihilominus contra Canones ei manus imposuerunt, non eum recipimus*; Nam Ecclesia Catholica requirit, ut ordinandus sit irreprehensibilis; id est,

1. *Timo. 3. 2.* Regulæ a S. Paulo traditæ insistit. Ad illa usque tempora, & multo posteriora crimen commissum pro irregularitate habebatur, nempe quicumque crimen commiserat post Baptismum, ad ordines non admittebatur, quantumvis rigidam egisset

set pœnitentiam, quia delicti commissi memoria ejus famæ semper officit, & est suspitioni locus, illos, qui semel lapsi sunt, ad crimen proniores esse, quam eos, quorum vita semper fuit integra. Canone decimo hæc regula illis particulariter applicatur, qui tempore persecutionis in Idololatriam ceciderant, & dicitur: *Qui in Persecutione lapsi, deinde ex ignorantia ordinantium promoti sunt, aut etiam cum ordinantium scientia, canonibus non præjudicant, nam ubi de rei veritate compertum fuerit, deponuntur.* Canon decimus septimus etiam de moribus Clericorum agit, & usuram prohibet, his verbis: *Quia multi Clerici avaritiæ, & lucro sordido intenti divinæ Scripturæ obliviscuntur, dicentis: Pecuniam suam non dedit ad usuram; sed ultra decimam partem centenarii a debitoribus usuram accipiunt, Sanctum, & magnum Concilium jubet, ut si post hæc aliquis inveniatur, qui ex mutuo usuras accipiat, aut contractum usurario similem ineat, qui mediam partem, ultra sortem exigat, aut quibuscunque malis artibus sibi vile lucellum compareret, deponatur, & Clericatu dejiciatur.* Cum usuræ legibus Romanis essent permixtæ, magni moliminis res erat, eas velle abolere, hinc Ecclesia dum primo

Sæculum IV.
A. C. 325.

Psal. 14. 5

usuras

Sæculum IV. usuras in Clericis damnavit, in Laicis
 A. C. 325. non approbavit.

Canon decimus octavus Diaconum respicit, ubi dicitur: *Ad Magnum Concilium relatum est, quod in quibusdam locis Diaconi Eucharistiam præbebant Presbyteris. At vero nec per leges, nec per consuetudinem licitum est, ut qui offerendi potestatem non habent, corpora Jesu Christi porrigant illis, qui offerunt. Rursus relatum est, quosdam Diaconos Eucharistiam sumere ante ipsos Episcopos. Ejusmodi abusus omnes tollantur. Diaconi in suis se cancellis continent, sciantque, se Episcoporum ministros esse, & Presbyteris inferiores Eucharistiam in suo ordine post Presbyteros de manu Episcopi, aut Presbyteri accipiant. Diaconis non liceat considerari inter Presbyteros, quod Canonibus, & ordini adversatur. Si quis huic canoni obedire detrectet, ordine Diaconatus amoveatur.* Diaconi primitus instituti fuerant, ut servirent ad mensam, id est, præcipue ad mensam sacramentalem, id est, panem, & vinum omnibus assistentibus Fidelibus distribuissent, S. Justinus testatur. Exinde solam communionem calicis præbebant, postquam Episcopus, aut Presbyter officiator speciem panis distribuisset, namque tunc temporis ut plurimum unicum Sacrificium pro toto

Act. 6.

Justin. ap. 2.
 in fine.

Ipsos panem, & vinum omnibus assistentibus Fidelibus distribuissent, S. Justinus testatur. Exinde solam communionem calicis præbebant, postquam Episcopus, aut Presbyter officiator speciem panis distribuisset, namque tunc temporis ut plurimum unicum Sacrificium pro toto

toto Clero, & populo celebrabatur; (*) Sæculum IV.
cæterum administratio oblationum, & A. C. 325.
 omnium temporalium, ad Ecclesias per-
 tinentium Diaconis demandata erat, ex
 eorum manibus pauperes suas eleemosi-
 nas, & Clerici suas pensiones, & retri-
 butiones accipiebant. Porro hoc dispen-
 sandi munus Diaconis honorem, & au-
 thoritatem supra Presbyteros, nullius lu-
 cri cupidos, conferre videbatur. Jam
 antea Concilium Arelatense, reprimen-
 dis Diaconorum conatibus intentum,
 prohibuerat, ne ea, quæ Presbyteris com-
 petunt, sibi arrogarent.

Cont. Arel.
 can. 18.

§. XIX.

Ordinatio, & Jurisdictio Episcoporum.

Canon quartus in ordinatione Episcoporum servanda statuit, & dicitur:
Ad Episcopi institutionem, quantum fieri potest, omnes illius Provinciæ Episcopi præsentibus adsint; si hoc propter urgentem neces-

(*) Hier hat der Uebersetzer: *Speciem Panis*, nur das Brod genennet, und: *Unicum Sacrificium*, das Hochamt. Ey! hätte er alte Schuhe gesieket, würde er es vor der ehrlichen Welt besser haben verantworten können, als daß er den Fleury so häßlich verstümmelt.

Hist. Eccles. Tom. III.

N

Sæculum IV. necessitatem, aut locorum distantiam diligenter
 A. C. 325. cile sit, saltem tres convenient, qui sup-
 fragio, & consensu absentium per Episcopos
 stolas expresso, neo-electum ordinem
 Metropolitanum autem, cujusque Provincia
 erit, quod factum fuerit, confirmare. Hi
 videmus, jam tunc introductam Provin-
 ciarum divisionem, & nomen Metro-
 politani illi Episcopo datum, qui in urbe
 Provinciae principali sedebat, hanc Graeci
 vocabant Metropolim, ac si dicerent
 urbem Matricem; porro hæ Provinciae
 secundum Romani Imperii divisionem
 rant distributæ. Idem jam statuerat Con-
 cilium Arelatense contra quosdam Episcopos,
 nullis convocatis confratribus auctoritatem
 alios Episcopos ordinandi præsumentes.
 Huic canoni propinquus est canon decimus
 quintus, qui translationes prohibet his verbis:
*Ob magni tumultus, & seditiones, quæ exstiterunt,
 statutum est, consuetudinem in quibusdam
 locis contra jura inductam penitus abolere,
 & præcipere, ne impostero Episcopus,
 Presbyter, aut Diaconus ex urbe in aliam
 transferatur. Si quis post S. Concilii definitionem
 aliquid simile præsumperit, aut, ut fiat, con-
 ferat, factum irritabitur, & translatus
 ad Ecclesiam, in qua Episcopus, vel Presbyter
 ordinatus est, remittetur.* Eiusdem
 bii exemplum, Beryto Nicomediam translatum

lati, huic condendo canoni occasionem dederit. Sed Eusebius non erat solus, quippe iste abusus in consuetudinem paulatim vertebatur. Coeterum notatu dignum est, canonem hunc etiam de Presbyteris, & Diaconis loqui, quibus non minus ac Episcopis stabilitas præcipitur. Canon decimus sextus hanc legem ad omnes Clericos extendit, dicitque: *Qui ausu temerario, contempto Dei timore, contra Canones ab Ecclesia, cujus Presbyteri, Diaconi, aut cujuscunque ordinis Clerici sunt, discesserint, in alia Ecclesia nullatenus suscipiantur, sed ad suas Diæceses redire cogantur, necesse est, aut si remanserint, excommunicentur.* Si quis ab alio Episcopo dependentem ausus fuerit seducere, & in sua Ecclesia absque proprii Episcopi, a quo fugit, consensu ordinare, ordinatio effectum careat.

Sæculum IV.
A. C. 325.

§. XX.

Majorum Cathedrarum Privilegia.

Canone sexto jurisdictionis limites præcipue ad ordinandos Episcopos ponuntur, ut sequitur: *Antiquæ consuetudines, quæ in Ægypto, Lybia, & Pentapoli vigent, observentur, ita ut Episcopus Alexandrinus in omnes has Provincias auctoritate polleat, cum Episcopus Romanus eadem gaudeat Prærogativa;*

Concilium
Nicænum.

Sæculum IV. tiva; *Antiochiæ quoque, & in aliis*
A. C. 325. *Provinciis unicuique Ecclesiæ salva sua*
sua privilegia. Generatim omnibus no-
tum sit, si quis Episcopus constituatur
ne Metropolitanæ consensu, a Sancto Con-
cilio declarari, talem non esse Episcopum.
si autem Electio fuerit rationi, & Cano-
nibus conformis, quamvis duo, tresve
privata pertinacia se opponant, majoris
numero vota prævaleant. In ultima
 hujus Canonis parte, illa, quæ in quarto
 de Metropolitanæ auctoritate in electio-
 nibus dicta sunt, confirmantur, in prima
 vero, quæ est majoris momenti, altior in
 Hierarchia gradus, quam sit Metropolita-
 ni deprehenditur, nempe jurisdictio in
 plures Provincias certis quibusdam E-
 piscopis attributa, qui exinde Patriar-
 chæ, seu Primates dicti sunt, sicut Me-
 tropolitani, abhinc Archi-Episcopi, hæc
 enim nomina necdum usus invexerat.

Igitur videmus, ea jam tempestate
 primarum mundi Cathedrarum Episco-
 pis Romano, Alexandrino, & Antioche-
 no in Provincias vicinas jurisdictionem
 fuisse, & aliis Ecclesiis sua quoque jura;
 Tres Episcopi exinde Exarchæ dicti sunt,
 nimirum Episcopus Ephesinus, Asiæ, pro-
 prie dictæ, Metropolitanus, Episcopus
 Cæsariensis in Cappadocia, & Heracle-
 ensis in Thracia. Archi-Episcopo quo-
 que Carthaginensi non modica in omnes
 Afri-

Conc. I.
Const. c. 2.

Africa
 jura c
 bunt
 mum
 ta, qu
 nus, C
 tem e
 tam, c
 Eccle
 ctus
 subjed
 ro sub
 fuerit
 respic
 dente
 falis c
 fragal
 letian
 lexan

(*)
 duinus
 verbis
 Capiti
 ista.
 ciliis c
 drarum
 jores j
 piti Ec
 singuli
 pulis f
 fuerit,

Africae Provincias erat auctoritas. Hæc Sæculum IV.
 jura clarius in decursu historiae appare- A. C. 325.
 bunt; nemo autem credat, ea tunc pri- Ruf. l. I. c. 6.
 mum exorta, quando eorum monumen-
 ta, quæ habemus, scripta sunt. Rufi-
 nus, Concilio Nicæno coævus, potesta-
 tem explicat, in isto Canone Papæ tribu-
 tam, dum dicitur, sub ejus cura fuisse
 Ecclesias suburbicarias, quo certus tra-
 ctus Provinciarum, Romæ specialiter
 subjectarum, significatur; quidquid ve-
 ro sub hoc obscuro vocabulo intellectum
 fuerit, non aliter Romanum Episcopum
 respicit, quam ut Patriarcham in Occi-
 dente, salvo jure, quo Ecclesiæ univer-
 salis caput est, superioribus sæculis irre-
 fragabiliter stabilito. (*) Cæterum Me-
 letianorum molimina contra Episcopi A-
 lexandrini jurisdictionem huic Canoni

N 3 eden-

(*) His Fleurii verbis Anonymus II. & P. Bal-
 duinus refelluntur. At Fleurius SS. Pontificem
 verbis dicit esse Caput Ecclesiæ, & revera jura
 Capiti Ecclesiæ competentia detrahit. Parcius
 ista. Fleurius dicit Summi Pontificis esse Con-
 ciliis œcumenicis præsidere, primarum Cathe-
 drarum Episcopos deponere, omnes causas ma-
 jores judicare, & omnia alia concedit, quæ Ca-
 piti Ecclesiæ conveniunt. Si autem Fleurius
 singulis opinionibus, quas P. Balduinus Disci-
 pulis suis tradidit, non subscripsit, ideo factum
 fuerit, quod ad id non obligaretur.

Sæculum IV. edendo ansam dedisse non levis con-
 A. C. 325. ctura est.

Canones
 Concilii
 Nicæni.

v. hist. c. 12.
 c. 23. l. 1. c. 8.

Septimus Canon Ecclesiam Jerosolymitanam respicit in hunc modum: *Canone, & traditione antiqua Episcopus Aeliæ singulariter fuerit honoratus, isto honore etiam impostertum coletur, illæsa tamen Metropolitani Dignitate.* Jerosolyma a Tito destructa, ab Hadriano reparata, nomen Aeliæ, ut diximus, sortita erat, urbs novella, ignobilis, & Cæsareæ Palæstinæ Metropoli suæ subjecta; apud Christianos tamen antiqui splendoris, & Mysteriorum ibi consummatorum memoria deleri non potuit, & illius præcipua prærogativæ, quod Regnum Jesu Christi spirituale, ibi exortum, per universam terram fuerit dilatatum. Quomodo Episcopus Jerosolymitanus præ aliis honoratus fuerit, non satis liquet, nisi quod Episcopus suæ Provinciæ ordine præcesserit; legimus quippe Concilia Palæstinæ acta, ubi Episcopus Jerosolymitanus cum Cæsariensi præsidebat, ipso Eusebio Cæsariensi id litteris consignante, qui seriem quoque Episcoporum Jerosolymitanorum, sicut & aliarum Cathedrarum Apostolicarum suis in libris posteritati notam fecit.

Quintus Canon iterum jurisdictionem Episcoporum respicit, & sic sonat: *Sententia excommunicationis, sive in Cle-*

ricos,
 cujus
 tur,
 suo E
 Prius
 mini
 pus l
 vo af
 caver
 visun
 vinc
 Episc
 quæsi
 legit
 suum
 Con
 re p
 niem
 pita
 pur
 tum
 vide
 alio
 nem
 con
 pist
 in i
 Epi
 mi
 fue
 que
 Pro

ricos, sive in Laicos lata, ab omnibus Sæculum IV.
 cujusque Provinciæ Episcopis observe- A. C. 325.
 tur, secundum Canonem, quo ejecti a
 suo Episcopo ab alio suscipi prohibentur.
 Prius tamen ipsa excommunicatio exa-
 mini subjiciatur, an non forte Episco-
 pus levitate animi, iracundia, aut pra-
 vo affectu impulsus quosquam excommuni-
 caverit; utque ordinate omnia pensentur,
 visum est, duo Concilia in omnibus Pro-
 vinciiis singulis annis agenda esse, ubi
 Episcopi communi opera de istiusmodi
 questionibus deliberent, & ab omnibus
 legitime excommunicati declarentur, qui
 suum Episcopum offenderint, donec toti
 Concilio aliquid de lato judicio remitte-
 re placuerit. Ad hæc Concilia conve-
 nient primo ante quadragesimam, ut, so-
 pita omni contentione, Deo Sacrificium
 purum offeratur; secundo ad tempus au-
 tumnale. Huic canoni causam dedisse
 videtur, quod Eusebius Nicomediensis,
 alique suæ factionis excommunicatio-
 nem a S. Alexandro contra Arium latam
 contempserint, de qua injuria in suis E-
 pistolis conqueritur. Antiquus Canon
 in isto citatus in Epistola S. Alexandri ad
 Episcopum Byzantinum Apostolicus no-
 minatur, atque in Concilio Arelatensi
 fuerat confirmatus. Hic videmus fre-
 quentem celebrationem Conciliorum
 Provincialium præceptam, quæ tempore

sup. L. X.
 §. 31.



Sæculum IV. persecutionis cogi non potuerant, A. C. 325. quamprimum Ecclesia in libertatem as-
 ferta est, necessariam consuetudinem in-
 ducere voluit, cum Concilia Provincia-
 lia essent illa tribunalia, ubi omnes gra-
 vioris momenti causæ Ecclesiasticæ judi-
 candæ. Videmus etiam de quadragesi-
 ma mentionem fieri, jam tum per uni-
 versam Ecclesiam observata, ad eum fer-
 me modum, quo hodie fit. Vocabulum
 Græcum *Tessaracoste* quadraginta dierum
 tempus significat, sicut latinum, quadra-
 gesima, quia plerique quadraginta die-
 bus jejunabant, quamvis in quibusdam
 Ecclesiis diversus usus observaretur; in
 quadagesima autem Episcopis, instru-
 ctione populi, præsertim Catechumeno-
 rum, & pœnitentium occupatis, Conci-
 lia agere non vacabat.

*Socr. L. V.
c. 2. p. 234.*

§. XXI.

Canones Pœnitentiales.

Post decimum Canonem, quo Ordina-
 tiones Apostatarum damnantur, un-
 decimus ad Laicos extenditur, ubi di-
 cunt: *Qui a nemine coacti apostatarunt,
 absque bonorum jactura, aut similis mali
 periculo, sicut sub Licinii Tyrannide con-
 tigit, visum est Concilio cum illis clemen-
 ter agere, quamvis indigni sint; ergo,
 qui sincere dolebunt, tribus annis, licet*
 Fide-

Fideles, inter Auditores erunt ; annis septem inter prostratos, & duobus annis in orationibus cum populo absque oblatione participabunt. Eisdem hic invenimus pœnitentiæ gradus, quos jam in aliis Canonibus adstructos vidimus. Primus erat gradus, ut pœnitentes aliquot annis ante Ecclesiæ januam interflentes consisterent, a quo tamen Concilium Apostatas liberat, cum hujus nullam faciat mentionem. Hic Canon undecimus solummodo Fideles tangit, hinc alius pro Catechumenis numero decimo quarto ponitur, hujus tenoris: *Circa Catechumenos lapsos magnum Concilium statuit, ut tribus annis Auditores sint, deinde cum Catechumenis orent, id est competentibus ;* duo quippe erant gradus Catechumenorum, primo Auditores, qui auscultando instructiones, quasi a longe ad recipiendam fidem præparabantur, & secundo, qui Baptismum postulabant, dicebanturque competentes, quia plures in eadem postulatione concurrebant; hi ad preces, quæ Sacrificium præcedebant, admittebantur.

Canon duodecimus alium Apostasiæ modum respicit, & sic statuit: *Illi, qui per gratiam vocati, in primo conversionis fervore suis se officiis abdicarunt, & deinde ad vomitum redierunt, ut canes, ita ut datis muneribus, & pecunia pri-*

Sæculum IV.
A.C. 325.Sup. L. VI.
§. 57.

Sæculum IV. *stina officia repetierint, postquam tri-*
 A. C. 325. *bus annis auditores fuerint, tribus an-*

v. l. XVIII. *nis erunt prostrati; sollicite autem con-*

§. 34. *siderandum, quo pœnitentes sint animo,*

Canones
Pœniten-
tiales.

c. 3.

Et quanto fervore; quos pius timor agit, qui in lacrymis, patientia, & bonis operibus expectant, & signa conversionis dant non specie externa, sed ipso effectu, tales, completo auditorum tempore, in precibus communicare poterunt, & libertas sit Episcopo amplius indulgentia. Quibus vero pœnitentia adeo cordi non est, & conversionem in exteriori reditu ad Ecclesiam putant consistere, integrum pœnitentiæ tempus durabunt. Præter Canon non sic accipiendus, ac si bellis aut Curia officia damnaret, cum econtra Concilium Arelatense illos reprehendat, qui in Ecclesiæ pace officia sua dimittebant; sed de illis intelligi potest, qui, officiis dimissis, ut securos se a persecutoribus præstarent, durante adhuc persecutione in eadem denuo restitui petierant, & sic de novo in Idololatriam labendi periculo se exposuerant. Notandum in hoc Canone, facultatem indulgenti Episcopo datam.

Canone decimo tertio dicitur: Quantum pertinet ad moribundos Lex antiqua, & Canonica semper observetur, ita, ut, si quis sit in mortis periculo, ultimo Viatico tam necessario non privetur. Si quis

quis in periculo Communionem acceperit, & convalescat, inter illos, qui tantum in precibus participant, erunt. Universaliter omnibus morientibus, participationem Eucharistiæ petentibus, Episcopus, præmissis examine tamen, concedet. Hic videmus Viaticum nihil aliud esse, quam Communionem, & Eucharistiam. Videmus ejus antiquitatem, & necessitatem.

§. XXII.

Canones de Novatianis, & Paulianistis.

Duo Concilii Nicæni Canones inveniuntur, qui de quibusdam hæreticis disponunt. Octavus de Novatianis agit his verbis: *Qui Puritanos se dicunt, si ad Ecclesiam redeant, Magnum Concilium judicat, ut accepta manuum impositione in Clericatu remaneant; dummodo ante omnia scripto declarent, se Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ Decreta approbaturus, & secuturos, scilicet cum bigamis communicaturos, ac cum iis, quibus, in Persecutione lapsis, pænitentia tempus præfixum. Igitur in illis locis, ubi alii Clerici non sunt, sive in urbibus, sive in pagis, ordinem, quem habent, servent; at si aliqui Puritanorum ad locum deveniant, ubi sit Episcopus, aut Presbyter Catholicus, absque controversia Catholico dignitas*

Sæculum IV. *gnitas Episcopalis competit, & qui no-*
 A. C. 325. *men Episcopi apud sic dictos Puritanos*
 habebat, in ordine Presbyterorum stabit,
 nisi forte Episcopus Catholicus ei nomen
 Episcopi benigne concedat; alias dabit
 ei locum Corepiscopi, aut Presbyteri, ut
 & ipse inter Clericos non nudum Nomen,
 sed functiones habeat, & in una urbe duo
 Episcopi non sint.

Sup. L. VI. Novatiani, qui se græce *Catharoi*, id
 §. 53. est, puros dicebant, pœnitentiam, ab Ec-
 clesia Apostatis concedi solitam, & se-
 cundas nuptias damnabant. Manuum
 impositio intelligenda videtur, sicut re-
 spectu Meletianorum, nempe talis, qua-
 lis hæreticis concedebatur, cum Eccle-
 siæ reconciliarentur, non vero tanquam
 nova ordinatio. Notari meretur, pacis,
 & unitatis amore clericali honore non
 privari eos, quos hæretici ordinaverant;
 ultima autem verba maxime attendenda,
 dum magni momenti regulam ponunt,
 in una urbe duos Episcopos nunquam
 esse debere. Imperator, spe, & deside-
 rio ardens omnes Ecclesias uniendi, quem-
 dam Episcopum Novatianum, nomine
 Acesium, ad Concilium vocaverat; post-
 quam fidei Decretum fuisset conscriptum,
 & omnes Patres sua signassent manu, Im-
 perator Acesium interrogat, an in fidei
 confessionem, & Decretum de Paschate
 consentiat? Ipse respondit: *Domine!*
 Conci-

Socr. c. 10.

Sozom. 1.
c. 22.

Concilium nihil novi statuit, hæc enim Sæculum IV.
 accepi, hæc a principio, & a temporibus A. C. 325.
 Apostolorum tam de fidei dogmate, quam
 de celebratione Paschatis tradita sunt.
 Quare ergo, reposuit Imperator: ab alio-
 rum communione te separas? Acesius cœ-
 pit ea narrare, quæ sub persecutione De-
 cii contigerant, & explicare illius Cano-
 nis severitatem, quo, ut Novatiani qui-
 dem volebant, a participatione SS. My-
 steriorum arcebantur, eorum criminum
 rei, quæ in S. Scriptura morte digna pro-
 nuntiantur; hos quidem ad pœnitentiam I. Joan. 5. 16
 excitandos, sed sine spe veniæ per Mi-
 nisterium Presbyterorum obtinendæ;
 solius Dei Bonitati confidant, omnia
 peccata remittere potentis. Cum ita
 fuisset locutus, dixit Imperator: *Acesi:*
sume tibi scalam, & solus in Cælum a-
scende.

Alter Canon Concilii Nicæni de qui-
 busdam hæreticis est numero decimus
 octavus, hujus tenoris: *Paulianistæ, qui*
ad sinum Matris Ecclesiæ Catholicæ re-
deunt, sicut decisum est, necessario reba-
ptizantur. Si qui antea Clerici fuerunt,
& irreprehensibiles inveniantur, ab E-
piscopo Ecclesiæ Catholicæ ordinentur, si
autem in examine apparuerit, indignos
esse, deponantur. Eadem Regula pro Dia-
conissis esto, & universaliter pro omnibus
illis, qui Clericis accensentur; hic sermo
est

Canones
 Concilii
 Nicæni.

Sæculum IV. est de Diaconissis, quæ habitum gestant,
A. C. 325. sed quæ nullam manuum impositionem
 acceperint, simpliciter Laicis annu-

Innoc. I. Ep. rantur. Paulianistæ erant Pauli Samo-
 22. c. 5. sateni Sectatores, qui Jesum Christum
 purum esse hominem credebant, nec in
 Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.
 baptizabant; hinc Concilium jubet eos
 rebaptizari, non autem Novatianos, nec
 in fide Trinitatis, nec in forma Baptismi

Conc. Ephes. errantes. In calce Concilii Ephesini in
 part. 3. c. 5. venimus Confessionem fidei contra Pau-
 p. 979. lum Samosatenum, quæ Concilio Nicæ-
 no attribuitur, & ubi sæpius, Filium esse
 consubstantialem Patri, repetitur; aliunde
 de vero tam sollicitè Mysterium incar-
 nationis explicatur, & distinctio duarum
 naturarum in una Persona unitarum, ut
 hæc definitio magis alicui Concilio, in
 Sæculo quinto celebrato, convenire vi-
 deatur.

Conc. Calced. Diaconissis manus imponebantur, hæ-
 can. 15. bitum sibi proprium gestabant, & inter
 Personas Deo consecratas numerabantur.
 At Diaconissas Paulianistarum Concilium
 in censum Laicorum refert, quia solum
 habitum portabant, sine manuum imposi-
 tione; cæterum Diaconissæ omnia fœ-

Const. ap. L. minis exhibebant officia, quæ Diaconi
 15. c. II. viris, nempe quantum earum conditio
 57. III. permittebat; maxime ipsis incumbere
 pauperes fœminas invisere, & Catechu-
 menas

menas instruere; portas ipsæ obsidebant ex illa Ecclesiæ parte, qua mulieres stabant, a viris separatae; ad ipsum Baptis- mum in deponendis, & resumendis vestibus mulieres adjuvabant, ut omnia decenter fierent.

Ultimus Canon de simplici cæremonia agit his verbis: *Quia sunt, qui die Dominica tempore Paschali genua flectunt, ut omnia in omnibus Diæcesibus uniformiter fiant, S. Concilium jussit, ut his diebus Christiani stantes ad Deum orent.* Ex his videtur, quam sollicite Patres etiam minoris momenti traditiones retinuerint, si fuerint antiquæ, hujus autem jam Tertullianus meminerat. Hi sunt viginti Concilii Nicæni Canones. Tanta hujus Concilii fuit reverentia, ut ejus Nomine multi Canones, quos non condidit, fuerint acceptati. Christiani Orientales novissimi temporis totam antiquam Ecclesiæ Disciplinam eidem adscripserunt, estque illud, quod Canones Arabicos Concilii Nicæni vocant.

§. XXIII.

Epistola Synodalis.

Patres, antequam separarentur, Epistolam Synodalem scripserunt, præcipue ad Ecclesiam Alexandrinam directam, utpote quam omnia in Concilio acta maxime

Sæculum IV.
A. C. 325.

*Epiph.
expos.*

*Tertull. de
Cor. c. 3.*

Sæculum IV. xime respiciebant; dirigitur quoque ad
 A. C. 325. omnes Fideles Ægypti, Pentapolis, Lybia,
 & omnes Ecclesias, quæ sub cælo sunt. Exordio Episcopi se Dei Gratia, & Constantini Imperatoris ex diversis Provinciis collectos esse agnoscunt. Tum subjungunt: *Ante omnia Arii, & Sæctorum ejus impietas Imperatore præsentate examini subjecta est, atque una voce omnes statuerunt, ipsum, Doctrinam ipsius impiam, verba & cogitationes anathematizare; blasphemabat enim in Filium Dei, dicens; esse ex nihilo productum, non fuisse, antequam generaretur, & fuisse tempus, quo non extiterit. Suo libero arbitrio vitii capacem esse, aut virtutis, denique esse creaturam.* S. Concilium hæc omnia anathematizavit, cum vel tantum pronuntiari haud patienter tulisset. *Quid ipso Ario factum, aut jam scitis, aut satis audietis, nolumus videri insultare homini, dignum suo crimine pœnam ferenti.* Hoc de Arii exilio intelligendum, quo eum Imperator statim multavit, non enim nisi post aliquot abhinc annos mortuus est. Tum in Epistola Synodali hæc sequuntur: *Impietatis ejus venenum Theonam quoque ex Marmarica, & Secundum ex urbe Ptolemaide infecit, quos eadem pœna secuta est.* Deinde, quæ de Meletianis acta fuerant, enarrant, sicut superius relatum est.

Sup. §. 15.

est, reliqua Episcopo Alexandro com-
mittentes, cujus participatione, & au-
toritate omnia facta. Tum etiam De-
cretum de Paschate referunt, & addunt:
*Igitur gaudium sit omnibus vobis, quod
Pax, & unio in Ecclesia restituta, &
cunctæ hæreses extirpatæ; summo hono-
re, & charitate Alexandrum Collegam
nostrum, Episcopum vestrum recipite,
cujus præsentia omnes lætati sumus, qui
tam provecta ætate tot labores suscepit,
ut vobis pacem procuraret. Ultimo se
precibus eorum commendant.*

Sæculum IV.
A. C. 325.

§. XXIV.

*Epistola Imperatoris pro Decreto-
rum Observatione.*

Imperator Constantinus simul duas scri-
psit Epistolas, ut Decreta Concilii pu-
blicaret, & absentibus nota faceret. Pri-
ma ad omnes Ecclesias dirigitur, & mul-
tis explicat, quæ paucis damus; Quæ-
stionem fidei fuisse examinatum, & ita
discussam, ut nulla difficultas, nullum
dubium superesse possit. Unanimiter
statutum, Pascha ubique eadem die ce-
lebrandum, ne aliquid Christianis in hac
cæremonia cum Judæis commune esset.
Omnes, ut debitam Concilii statutis obe-
dientiam præstent, exhortatur, adjectis
verbis notatu dignis: *Quæcunque in Sa-*
Hist. Eccles. Tom. III. O cris

*Ap. Euf. III.
vit. c. 17.
Theod. I.
c. 10.
Socr. I. c. 9.
Ibid. c. 18.
c. 19.
c. 20.*

Sæculum IV. *cris* Episcoporum Conciliis decernuntur, *tanquam divina voluntate profecta, accipienda.* Hujus Epistolæ exempla ad omnes Provincias missa. Epistola altera particulariter ad Alexandrinam Ecclesiam data est, ubi postquam de unione in fide differuit, ait: *Ut hanc unionem procurarem, ex voluntate Dei plerosque Episcoporum Nicæam convocavi, quibus cum ego ipse, sicut unus ex vobis, investigandæ veritati incubui; quippe eadem vobiscum Domino servire unica sunt meæ delicia.* Omnia igitur accurate pensata, quæ divisioni occasionem præbere posse videbantur, & vero, parcat nobis Deus! quam horribiles blasphemias proferre ausi sunt in Salvatorem nostrum, spem, & vitam nostram. Opinionem propugnantes divinis Scripturis, & sanctæ nostræ fidei contrariam! plusquam trecenti Episcopi piissimi, sapientissimi in eadem fide conveniunt, quæ Lege divina præcipitur. *Socr. l. c. 9. p. 27.* *ulus Arius* Doctrinam hanc impiam primo inter vos, & deinde alibi opera Dæmonis disseminasse convictus est. Ergo fidem, quam nos Deus omnipotens docuit, recipiamus, redeamus ad fratres nostros, a quibus nos impudens Diaboli minister avulserat; nam quod a trecentis Episcopis statutum, ipsius unigeniti Filii Dei voluntas est, & imperium; Spiritus

Spirit
quibus
quæ
Nemo
omnes
viam
ta Cor
quam
revoc
sa, qu
tibus
tem
natæ.
A
dedit
modu
Magn
Cum
rum
Porp
ligio
prob
volo
pbyr
note
sunt
niam
buj
tum
absc
deri
preb

Spiritus Sanctus magnorum virorum, Sæculum IV.
 quibus veritatem inspiravit, ministerio, A. C. 325.
 quæ nobis credenda essent, declaravit.

Nemo ergo dubitet! nemo differat! sed
 omnes bona fide, & corde perfecto in
 viam veritatis revertimini! Ita Decreta
 Concilii Fidelibus proponebantur, tan-
 quam divina Oracula, quæ in dubium
 revocare nefas; non est dubitandi cau-
 sa, quin hæ Epistolæ Imperatoris dictan-
 tibus Episcopis fuerint scriptæ, aut sal-
 tem juxta eorum instructiones concin-
 natæ.

Aliam Epistolam, seu potius Edictum,
 dedit, quo Arium, & scripta ejus in hunc
 modum damnat: *Constantinus, Victor,*
Magnus, Augustus Episcopis, populisque.
Cum Arius impios imitatus sit, impio-
rum infamia, & ignominia oppleatur.
Porphyrus, quod scripta impia in Re-
ligionem ediderit, factus est posteritatis
probrum, & scripta ejus suppressa; ita
volo, Arium, & Sectatores ejus Por-
phyrianos appellari, ut eorum infamia
notentur, quorum impietatem imitati
sunt. Si quæ scripta ab Ario inve-
niantur, flammis tradantur, ne ullum
hujus probri supersit monumentum. No-
tum facio omnibus, si quis scripta Ario
abscondisse convincatur, eaque non tradi-
derit, aut combusserit, quamprimum de-
prebensus fuerit, proterviam capite luitu-
rum.

Imperatoris
 Epistola.

Sæculum IV. *rum.* Hic videmus Imperatoris aucto-
 ritatem adhiberi, quo facilius Concilium
 A. C. 325. Decreta executioni mandentur. Ideo
 Athan. IV. Porphyrionorum nomen Arianis impo-
 in Ar. p. 468. 469. suisse creditur, quod & ipsi Idololatriam
 reducere niterentur; nam, cum Filius
 quem Deum genitum vocabant, ipsis es-
 set creatura, præter Creatorem utique
 creaturam adorabant, hoc solo ab Idololatriis aliis distincti, quod non pluribus
 sed uni tantum creaturæ cultum, soli
 Deo debitum, exhiberent. His Constantinus Arium, & duos Episcopos, ei
 contumaciter adhærentes, Secundum, &
 Theonam in exilium expulit.

Socr. I. c. 9. Sed adhuc alia jussu Constantini in
 p. 31. & ibi Arium, & Sectatores ejus publicata est
 Valef. Epistola, atque in omnibus civitatibus
 Gelaf. Cyzi. prælecta, quæ hodie extat. Longi-
 L. III. c. I. gissima est, stilo Oratoris, seu verius De-
 clamatoris, quem iracundiæ æstus abstru-
 lit; eratque hic modus illis jam tempo-
 ribus, cum artium liberalium occasus im-
 mineret, non infrequens. Auctor con-
 tra Arium disputat, conviciis onerat, iri-
 ridet, speciem viri, vestitumque, ad se-
 veritatem, & modestiam, compositum,
 facere ridiculum satagit. Quoddam
 Sybillæ Erythrææ vaticinium, de ipso di-
 ctum, jocatur. Id maxime notari me-
 retur, quod in hoc Edicto Arii Sectato-
 ribus in pœnam imponatur, ut præter
 censum,

centum, ab omnibus viritim dari soli-
 tum, etiam decuplum pendere tenean-
 tur. Exemplum, quod hujus Edicti ha-
 bemus, duobus officialibus Syncletio, &
 Gaudentio ferentibus, in Ægyptum per-
 venit, Paterio tunc temporis Præfecto,
 atque in Palatio omnibus prælectum.

Sæculum IV.
 A. C. 325.

§. XXV.

Conclusio Concilii.

Concilii finis in illud tempus incidit, *Euf. III. vit. c. 15. Sozom. I. c. ult. Sup. l. IX. §. 23. Pagi. a. 235. n. 3. Euf. vit. c. 1.*
 quo initium anni vigesimi Imperii
 Constantini agebatur, id est, in vige-
 simam quintam Augusti anno 325. Ipse
 quidem anniversarius erat vigesima quin-
 ta Julii, hac enim Imperium auspicatus
 fuerat anno 306; at hæc solemnitas, quæ
 magno splendore toto Imperio celebra-
 batur, commodius ad conclusionem Con-
 cilio dilata fuisse creditur. In illa lætitia
 publica Eusebius Cæsariensis Panegyri-
 in laudes Imperatoris, ipso præfente, in
 medio Episcoporum cœtu peroravit;
 Episcopos vero omnes, antequam disce-
 derent, Constantinus ad lautissimum con-
 vivium invitavit. Omnes ergo in Cæ-
 saris Palatium convenere; eratque tam
 novum, quam jucundum spectaculum,
 Christianorum Episcopos per milites Præ-
 torianos, nudis ensibus aditum custodien-

Sæculum IV. tes, secure transire. In intima conclau-
 A. C. 325. via ingressi, accumbunt alii cum Imperatore,
 alii in lectulis ex utroque latere dispositis. Regnum Jesu Christi videre se credebant, timebantque interdum, ne

Euf. III. suavi somnio luderentur. Sublatis mensis, Imperator eorum singulos salutans
vit. c. 16. munera, prout cujusque Dignitati conveniebat, liberalitate vere Cæsarea distribuit. Tandem, abituros ad pacem, & concordiam hortatus, utque alter alteri obsequiose concederent, valedixit, & suam memoriam in eorum ad Deum precibus petiit. Ita finitum est Concilium Nicænum, cujus memoriam Græci, & Orientales hodieque inter festa Sanctorum

Euf. III. agunt. Imperator hoc vigesimo Imperii sui anniversario magnis largitionibus urbium, & agrorum populos recreavit; Episcopis epistolas dedit, Provinciarum Rectoribus reddendas, quibus pecuniam annuatim Virginibus, Viduis, Clericis erogandam, liberalitate eorum indigentia majori, at Cæsariæ Munificentia pari constituebat; hæc beneficia usque ad Juliani Apostatæ tempora durarunt, quia universa abstulit.

Episcoporum præcipuis Decreta Concilii in suas Provincias deferre commissum, & ubique promulgare; Horum series, quam habemus, talis est; Osus per Pres-

Presbyteros Vitonem, & Vincentium Synodi Decreta misit Romam, in Italiam, Hispaniam, & ad omnes alias nationes usque ad Oceanum, nempe Galliam, Germaniam, & Britanniam. Alexander Alexandrinus cum Athanasio suo Archidiacono misit ea in universam Ægyptum, Lybiam, Pentapolim, vicinasque Provincias. Macarius Jerosolymitanus, & Eusebius Cæsariensis in Palæstinam, Arabiam, & Phœnicen. Eustatius Antiochenus in Celefyriam, Mesopotamiam, & Ciliciam. Joannes, Episcopus ex Persia, in omnem Persiam, & magnas Indias. Leontius Cæsariensis in Cappadociam, Galatiam, Pontum, Paphlagoniam, majorem, & minorem Armeniam. Theonas Cyzicenus in Asiam, Hellespontum, Lydiam, & Cariam per manus Episcoporum, quos sibi habebat subjectos, Eutychiei Smirnenfis, & Marini Troadensis dimisit. Nunechius Laodicenus in primam, & secundam Phrygiam. Alexander Theffalonicensis per illos, qui sibi suberant, in primam, & secundam Macedoniam, in Græciam quoque, Theffaliam, Achaiam, Illyricum, & utramque Scythiam. Alexander Byzantinus tunc Presbyter postea Episcopus cum Paulo Lectore, Notario suo hæc in omnes Insulas Cyclades misit. Protogenes Sardicensis in

O 4 Da

Sæculum IV.
A. C. 325.

Gelas. l. 12.
c. 35.

Sæculum IV. Daciam, Dardaniam, & vicinas Regiones. Pistus Marcianopolitanus in Mesiam, & ad nationes propinquas. Cæcilianus Carthaginensis in omnes Provincias Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ. Hanc enumerationem non inutilem iudicamus, ut Ecclesiarum subordinatio & Geographia Ecclesiastica memoriæ imprimatur.

§. XXVI.

Epistola Eusebii Cæsariensis.

Theod. de decret. pag. 15. Et de Syn. p. 882. Eusebius Cæsariensis privatam epistolam scripsit ad suam Ecclesiam, ubi quod Sæctatorum suorum causam prodidisset, a quibusdam fuisse incusatum, verosimile est. In hac epistola, quæ in Concilio circa fidem acta fuissent, fama ad eos delatum, non dubitat; ut autem plenius essent instructi, mittit formulam a se propositam, & deinde formulam Concilii. In sua profitetur; IESUM CHRISTUM esse Verbum Dei, Deum de Deo, Lumen de Lumine, vitam de vita, Filium unicum. Primogenitum ex omni creatura, ex Patre genitum ante omnia sæcula. (*) Dicitur

(*) Der Deutsche Uebersetzer hat: ante omnia Sæcula, gegeben: Vor aller Ewigkeit. Das ist ungeschickt genug. + O

Sæculum IV
A. C. 325.

Dicitque: *Hoc ab Episcopis, Prædecessori-
bus nostris, accepimus, hoc didicimus in
fidei Rudimentis, & quando Baptismum
suscepimus, hoc habemus ex SS. Scriptu-
rarum lectione, hoc credidimus, & docui-
mus in Presbyteratu, & in Episcopatu.*
In fine adjicit: *Testamur, nos ita crede-
re, semper credidisse, & usque ad mortem
in hac fide perseveraturos, omnem hæresin
anathematizantes. Protestamur coram
Deo omnipotente, & Domino nostro JE-
su Christo hanc fuisse sententiam cordis,
& animæ nostræ, ex quo usum rationis
habemus, adhuc ita sentire, & in veritate
affirmare; quod tempore præterito ita
crediderimus, certis argumentis possumus
demonstrare.*

Subjungit; postquam ipse hanc for-
mulam in medium attulisset, neminem
potuisse contradicere, Imperatorem, hanc
sibi esse fidem, fassum fuisse, & ut omnes
subscriberent, præcepisse, unico addito
vocabulo *Consubstantialis*. *Imperator,*
*inquit: ipse hanc vocem explicavit, di-
cens; non debere intelligi consubstantia-
lem modo materiali per divisionem, aut
abscissionem, sed modo Divino, Mystico,
& Naturæ Spirituali congruo. Tum*
*Concilii Symbolum refert, & ait: denuo
petii, ut mihi explicaretur, quomodo di-
cerent, Filium esse de substantia Patris, &*

O 5 Con-

Sæculum IV. Consubstantialem, & tandem pacis can-
A. C. 325. *hoc vocabulum posse admitti existimare,*
cum viderem, illud in sensu bono accipere.
& ab omni Idea corporali remoto, atque
præterea hanc vocem ab aliquibus antiquis
Athan. ad Episcopis, eruditis, & illustribus Scripto-
Afric. pag.ribus fuisse usurpatam. Hic præcipue
 397.

S. Dionysium Alexandrinum denotat. Et
 prosequitur; omnes in formulam fidei
 Concilii post maturum examen consen-
 sisse, sicut etiam in Anathema ad calcem
 appositum, quod prohiberet voces adhi-
 beri, in Scriptura non occurrentes, quæ
 tamen litis & totius tumultus causa fuis-
 sent. In hunc modum Eusebius Cæsa-
 riensis ea, quæ in Concilio egerat, ex-
 cusabat.

§. XXVII.

Exilium Eusebii Nicomediensis.

Sozom. II.
 c. 21.

At brevi apparuit subscriptionibus Euse-
 bii Nicomediensis, & Theognis Nica-
 ni sinceritatem defuisse, quas corrupto
 custode, cui Imperator acta Concilii ser-
 vanda dederat, iterum delevisse ferun-
 tur, ausosque publice docere, Filium con-
 substantialem esse Patri credere non oportere.
 Narrant etiam, cum apud Imperatorem
 fuisset accusatus, audacter, digi-
 to in vestem, qua tegebatur, intento, re-
 spon-

XI.

spondisse: *si in mea presentia hoc pallium scinderetur, nunquam induci possem, ut dicerem, duas partes ejusdem esse substantia.* Istud exploratum, quosdam Arianos, qui adhuc dum turbabant, Alexandria jussu Imperatoris advenientes, Eusebium, & Theognin excepisse, in tuto collocasse, & cum eis communicasse. *Co-*acto igitur Concilio ab Episcopatu depositi sunt, alique in eorum locum subrogati, nempe Nicomediae Amphion, & Nicææ Chrestus. Eusebium, & Theognin iratus Imperator in Galliis exulare jussit tribus post Concilium Nicænum mensibus. Illi tribus annis ibi hæserunt.

Simul his Constantinus ad Ecclesiam Nicomediensem perlongam epistolam scripsit, cujus pars prima est Discursus Theologicus de Divinitate Verbi satis obscurus, pars ultima est oratio in Eusebium vehementer invectiva; Eusebium inculcat, quod omnium conscius fuisset, quæ Tyrannus, id est, Licinius, crudeliter egisset, dum ejus jussu Christiani dirissime vexati, & Episcopi trucidati. *Ipse, prosequitur Imperator: turbidis temporibus emisit in me exploratores, & tantum non arma publice pro Tyranno gessit; hujus perfidiæ ex testimoniis Presbyterorum, & Diaconorum ipsum sequentium, quos cepi, certissima argumenta te-*

Sæculum IV.
A. C 325.
ep. ad Hie. ap. Theod. I. c. 20. Synod. ad apol. p. 727. C. V. Socr. I. c. 14. Philostorg. l. I. c. ult.

Gelas. I. III. c. 2. Theod. I. c. 20.

neo.

Sæculum IV. neo. Et inferius: in Concilio autem Ni-
A. C. 325. cæno quam præfervide, & impudenter con-
 tra propriam conscientiam errorem, ab
 omnibus damnatum, ipse defendit? jam
 quosdam ad me mittens nuntios, qui me
 in ejus sententiam flecterent, jam timens
 ne tanti criminis convictus, dignitate
 exueretur. Fefellit, & turpiter me dece-
 pit, quæcunque voluit malis artibus effe-
 cit. Quæ vero nuperrime cum socio suo
 Theogni deliquerit, audite! ab Alexan-
 dria quosdam fidei nostræ Desertores, dis-
 cordiæ facem præferentes, adduci jussa-
 ram, hos præclari isti Episcopi, quos Con-
 ciliū, ut penitentiae tempus esset, serva-
 verat, receperunt, tutati sunt, & cum illis
 communicarunt. Hinc homines ingratos
 in remotissimas terras exulatum misit.
 Tum populos, ad quos scribit exhorta-
 tur; in vera fide constantes sint, Episco-
 pos fideles, puros, & sinceros, nempe
 Amphionem, & Chrestum recipiant; il-
 los vero, qui ad seductores illos respice-
 re, & laudare ausi fuerint, minis coer-
 cet. Scripsit quoque Imperator ad Theo-
 dotum Laodicenum, leniter admonens,
 ut alieno periculo, & exemplo sapere
 discat, & pessimas in Doctrina fidei Ideas,
 quas ex conversatione cum Eusebio, &
 Theogni concipere potuit, extinguat.

Gelas. l. II.
 c. 3.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Sæculum IV.

A. C. 325.

Quid S. Alexander cum Meletio egerit.

Sanctus Alexander Alexandrinus, ubi *Athan. ap. p. 788.*
 in Ægyptum rediit, cum ipsi callidis-

simum Meletii ingenium esset perbene cognitum, petiit ab ipso, ut mitteret scriptum indicem omnium Episcoporum, quos sibi in Ægypto subesse diceret, atque Presbyterorum, & Diaconorum, si quos Alexandria, vel in suburbanis huc pertinentibus, forte haberet; quod eo consilio exigebat, ne Meletius, libertate, sibi a Concilio concessa, abutens, Institutiones venderet, aut fraudulenter, quotiescunque liberet, falsas substitueret. Meletius Episcoporum numero viginti novem, quorum ipse primus erat, indicem petiitum tradidit, qui ultimus inter eos erat positus Joannes Memphites, jussu Imperatoris apud Archiepiscopum esse tenebatur, verosimiliter ideo, ut facilius observari posset. Clerici Alexandrini erant Presbyteri quatuor, & Diaconi quinque. Nomen Archiepiscopi, hic Episcopo Alexandrino datum, notari meretur. Meletius, dum Catalogum Alexandro tradidit, omnes quoque nominatos presentes produxit; reddidit etiam Ecclesias, in quas sibi jurisdictionem usurpaverat, & Lycopolis exinde manens, haud multo post

tem-

Sæculum IV. tempore diem clausit, postquam mortem
 A. C. 325. proximus, quod ne faceret Concilium
 Nicænum prohibuerat, Discipulorum
 suorum unum, nomine Joannem, forte
 Epiph. hæc. eundem Joannem Memphitem, sibi Succ
 68. n. 5. cessorem nominavit. Itaque renovatum
 Athan. apol. est Schisma, & Meletiani conventus se
 764. paratos agere continuarunt; fuere ta
 men, qui bona fide ad unitatem Ecclesie
 redierunt. Schismatici autem Legatio
 nem ad Imperatorem miserunt, ut de
 Alexandro quererentur; Legatorum
 Principes erant Paphnucius Anachoreta,
 cujus Mater fidem confessa fuerat, Jo
 nes totius factionis Dux, & Callinicus
 Episcopus Pelusinus. Recepti sunt ab
 Imperatore honore Episcopis congruo;
 at datis litteris mandata renovavit, ut
 Decreta Concilii observarentur, horta
 tusque est ad concordiam.

*Euf. III.
vit. c. 23.*

§. XXIX.

*S. Athanasius Episcopus Alexan
drinus.*

Pagi ann. Sanctus Alexander Alexandrinus quinto
 226. n. 3. mense, ex quo a Concilio domum re
 Theodor. c. dierat, mortem oppetiit die lunæ vigesi
 26. ma secunda mensis Ægyptii Bermouda,
 id est, decima septima Aprilis anno 326.
 Athanasium suum sibi Successorem de
 signavit, quod inspiratione Divina fecisse
 credi-

creditus est; namque, in extremis con-
 stitutus, eum nomine suo compellavit;
 Athanasius prævidens, quod futurum
 erat, aufugiens, se occultaverat; alius,
 ejusdem cum Athanasio nominis, moritu-
 ro præsens, respondit, at S. Alexander ta-
 cuit, innuens, non istum se compellasse;
 rursus Athanasium vocavit, sæpius hoc
 nomen repetens; qui hoc nomine præ-
 sens erat, tacebat, & omnes cognoverunt,
 de quo S. Episcopus loqueretur, qui Spiri-
 tu Prophetico addidit: Athanasi! fugien-
 do evasurum te speras, sed frustra. Quod
 prædixit, factum est, quippe, Alexandro
 defuncto, Episcopis Provinciæ, & toto
 populo Catholico collectis, multitudo
 exclamavit, Athanasium Episcopum po-
 stulans, virum virtute præstantem, pium,
 verum Christianum, vitam asceticam
 ducentem! Hunc sibi publice a Jesu
 Christo deposcebant, obtestantes Episco-
 pos, ut eum ordinarent; imo aliquot
 dierum spatio ex Ecclesia pedem non ef-
 ferentes, nec Episcopos exire patiebantur.
 Igitur ordinatus est Episcopus Ale-
 xandrinus in totius civitatis, & totius
 Provinciæ conspectu. Nihilominus ex-
 inde Ariani dicere non erubuerunt, a
 sex, vel septem Episcopis clanculo fuisse
 ordinatum. S. Athanasii ordinatio de-
 mum 27. Dec. hujus anni 326. contigit,
 diu enim latuit, atque tempus requireba-
 tur,

Sæculum IV.
 A. C. 326.

*Synodica
 ap. Athan.
 2. Apol. p.
 726.*

*Pagi ann.
 326. n. 3.*

Sæculum IV. tur, ut Episcopi ex omnibus Provinciis
 A. C. 326. Sede Alexandrina dependentibus, conve-
 nirent. Hanc Sedem quadraginta sex
 annis integris tenuit, si enim ætatem ejus
 spectes, necdum tantæ Dignitatis fasti-
 gio maturus videri poterat.

§. XXX.

S. Gregorius Nazianzenus Pater.

Sup. §. 4. *Greg. Naz.* *orat. 19. p.* *289.* Diximus superius a Leontio Episcopo
 Cæsareæ in Cappadocia, cum ad
 Concilium Nicænum proficisceretur,
 Gregorium, exinde Episcopum Nazian-
 zenum, Theologi Patrem, veram fidem
 fuisse edoctum. Gregorius profitebatur
 sectam Hypsistariorum, ita dictorum,
 quod Deum altissimum adorarent, græce
Hypsistos; præterea vero ignem, & faces
 colebant, atque sabbatum, distinctionem
 carniæ comedendarum cum Judæis ob-
 servabant. Gregorius moribus vivebat
 optimis, justitiæ amans, castitatem con-
 jugii cum uxore sua Nonna, raræ virtu-
 tis Christiana muliere, servans, cujus ma-
 xime pietas ad convertendum maritum
 occasione fuit. Cum igitur suscipiendæ
 fidei desiderio teneretur, id ipsum Episco-
 pis ad magnum Concilium per locum
 ejus domicilii migrantibus, præsertim
 autem S. Leontio Cæsariensi manife-
 stum fecit. Cum eum docerent, incogi-
 tantes

tantes jufferunt genua flectere, quamvis Sæculum IV.
catechumeni stantes instrui solerent, C. A. 326.
quod, casu factum, in futuri ejus Episco- ibid. p.294.
patus omen traxerunt, quia jam tunc
Episcopus ordinandus genua flectebat.
Non multo abhinc tempore baptizatus,
& balneo sacro egrediens, tam insolita,
& visibili luce circumdatus est, ut Epis-
copus Nazianzenus, qui ipsum baptiza-
bat, exclamaret, hunc aliquando suum
fore successorem.

Dictum eventus probavit; elapsis ibid. p.296.
quibusdam annis, satis examinatus Gre-
gorius ad Episcopatum ejusdem urbis
evectus est. Id factum creditur circa
annum 328. Tunc forte annos natus
quingenta, tamen & alios ultra qua-
draginta quinque supervixit, ita ut cen-
tenario non multum minor obierit.
Quamvis tarde ad studium SS. Scriptu-
ræ se impenderit, modico tamen tempo-
re, ita profecit, & gregem suum infor-
mavit, ut ab erroribus Arianorum, per
Orientem omnia turbantium, immunes
præstiterit, morumque feritatem populi
sui temperaverit; hætenus quippe urbs
Nazianzum parva, ignobilis fuerat, in
Cappadocia Cæsareæ vicina.

Ex Gregorii, & Nonnæ connubio tres
liberi suscepti sunt, duo filii, Gregorius,
& Cæsarius, & filia una, nomine Gorgo-
nia, quam natu maximam fuisse credunt.

Hist. Eccles. Tom. III.

P

Gre-

Sæculum IV. Gregorius precum maternas fructus
 A. C. 326. fuit, quibus Deum instantissime depre-
 cabatur, ut sibi prolem masculam con-
 cederet, quem etiam, ubi lucem aspex-
 rat, statim Deo obtulit, manusque ejus
 Sacris libris admovendo eorum contactu
 consecravit; ab infantia libros sacros
 cœpit legere, animumque exhibuit vir-
 tutis apprime studiosum. In puerilibus
 annis adhuc agentem somnium Mysticum
 ad virtutum amorem excitavit; conspi-
 cere sibi videbatur puellas duas, ætate
 pares, in paucis venustas, vestitu candi-
 do splendentes, sed sine cultu quæsitæ;
 utramque vivam modestiæ effigiem cre-
 debat. Hæ puerum, tanquam Filium
 osculis, & blanditiis mulcebant. Ipse
 tenerrimo gaudii sensu abreptus, quæ-
 nam essent, & quo nomine interrogaret
 respondit una: *ego vocor castitas, & al-*
tera: ego temperantia; ante Thronum
Jesu Christi stamus, permixtæ choris ce-
lestibus, jungite te nobis, fili mi! usque ad
lucem immortalis Trinitatis te evehemus.
 Hæ elocutæ in cœlum avolarunt, & ipse
 oculis eas secutus, evigilavit. Ex tunc
 amore Virginitatis correptus, nuptiis re-
 nunciavit. Talia fuere juvenis Gregorii
 initia.

Carm. I.

p. 39.

Carm. 4.

p. 71.

§. XXXI.

Sæculum IV.
A. C. 326.

Leges Constantini.

Non nullas leges a Constantino latas invenimus in causis Ecclesiasticis, data-
tas anno 326. ipso septimo, & filio ejusep. & Cler.
Constantino primo Consulibus. Earum *lib. 16.*

prima directa est ad Ablavium prima die Junii, eosque, qui ad præstationes publicas in urbibus tenentur, Clericalis ordinis obtentu eximi prohibet; nullum Clericum ordinandum, nisi ut in alterius defuncti locum succedat, tales non eligendos, qui sublimiore loco nati, aut pinguiori fortuna beati ad portanda onera civilia obligantur, quia, inquit lex: divites oportet pendere Sæculi exactiones, pauperes autem Ecclesiarum bonis nutriri. Clericorum numerus erat determinatus, quia nullæ fiebant ordinationes vagæ; singuli certæ Ecclesiæ erant addicti; a communibus oneribus exempti, sed ne exemptionis occasione abusus nasceretur, lege cavebatur.

Duæ aliæ leges ad hæreticos pertinent; una data est prima Septembris, jubetque, privilegia, in favorem Religionis concessa, solis Catholicis profint, non vero hæreticis, vel schismaticis, quos aliis magis gravari oporteret. Lege ultima Novatianis quieta possessio domuum suarum, Ecclesiæ, & Cœmeterii conservaba-
Lib. 1. Cod. Theod. de hæ. lib. 16.
Lib. 2. ibid.

Sæculum IV. tur, quæ legitimo titulo adquisierant
 A. C. 326. aliunde, quam ex iis, quæ ante eorum
 separationem Ecclesiæ Catholicæ fue-
 rant propria. Minus invidiosum erat
 Novatianorum, quam aliorum illius tem-
 poris hæreticorum schisma, atque Impe-
 rator Acesium eorum Episcopum propter
 morum probitatem magni faciebat.

Sozom. I.
 c. 23.

§. XXXII.

S. Helena S. Crucem invenit.

Sup. l. III. Inter Cæsareæ liberalitatis monumenta,
 §. 25. quibus condendis annus Imperii ejus
Euf. III. vigesimus occasione fuit, magnificæ Ec-
vit. c. 26. clesiarum structuræ, præsertim in Terra
27. &c. Sancta, sunt accensendæ. Gentiles, ut
Ruf. I. hist. memoriam Resurrectionis JESU Christi de-
c. 7. lerent, specum S. Sepulchri repleverant,
 & multam superinjectam terram pavimento lapideo straverant, cui templum Veneris superstruxerunt, ubi consueta huic Deæ sacrificia offerebantur, hæc omnia eo consilio, ut si Christiani JESUM Christum adoraturi venirent, Veneri cultum exhibere viderentur. Constantinus mandata dedit, ut ibi Ecclesia singulari magnificentia ædificaretur; scripsitque Episcopo Macario epistolam, qua velle se dicit, ut hæc structura non reliquas Ecclesias solum, sed etiam omnia urbium ædificia operis elegantia superaret. *Jussa dedit,*

dedi, subjungit Constantinus: *ut Dracianus, Præfectorum Prætorii Vicarius, & Provincie Rector, ad nutum tuum necessarios operarios educendis muris adhibeat. Quale marmoris, & columnarum genus magis convenire judicaveris, mibi perscribas velim, & procurabo illuc deduci. Gratum quoque facies, si rescripseris, an expediat, ut Ecclesie fornix laquearibus, aut alio opere ornetur, si laquearia sint, hæc auro obduci oportebit.*

Quod faciendum jusserat filius, mater exequi in se suscepit; Helena tunc agebat annum ferme octogesimum, a pluribus jam annis pietatis, & charitatis operibus unice intenta. Imperator ejus filius matrem ad veræ Religionis cognitionem perduxit, quam antea ignorabat, titulo Augustæ decoravit, ejusque effigiem in nummis aureis exprimi voluit. Ipsa thesauros suos liberalissime in eleemosinas impendebat, assidue Ecclesias frequentans, & variis ornamentis ditans; oratoria quoque urbis minora infra ejus curam non erant. Sæpius in conventibus Ecclesie, populo circumfuso media, vestitu simplici, & modesto Augusta conspiciebatur.

Quamvis ætate gravis profectioem ad Loca Sancta instituit, eaque sumptibus, & liberalitate filii ornavit, erectis pulcherrimis ædificiis. Per Orientis

Sæculum IV.
A. C. 326.

Theod. I.
c. 18.

Euf. III.
vit. c. 47.

ibid. c. 45.

ibid. c. 42.

Inventio

S. Crucis.

ibid. c. 44.

Sæculum IV. vincias transiens, in milites, integra

A. C. 326. communitates, homines privatos ad se
confugientes, largissimas opes effunde-
bat, his pecunias, his vestes dabat, alios
carceribus, alios fodinis addictos libera-

Theod. I. bat, exules revocabat in patriam. Cum

c. 18.

Ruf. c. 7. 8. Jerosolymam pervenisset, prima cura fuit

Socr. I. c. jubere, ut templum Idolumque Veneris,

17. Sozom. quo S. Crucis, & Resurrectionis locus

II. c. I. profanabatur, dejiceretur; aufertur ter-

Ambros. de ra injecta, profundius foditur, S. Sepul-

ob. Theod. chrum invenitur, & non procul tres cru-

n. 42. &c. ces terræ mandata. Cum, quænam ex-

Cyrrill. Hie- iis Salvatoris nostri esset, nesciretur, S.

ros. Epist. Macarius detexit, sequenti industria usus

ad Const. cruces ad quandam faminam nobilem

Imp. multo tempore languentem, & ad extre-

ma deductam deferri iussit, quælibet ea-

rum inter preces moribundæ admota,

cum vero tertiam attigisset, illico con-

valuit. Cum cruce inventus est que-

que titulus, separatus, & clavi, quos

cum notabili parte Crucis S. Helena ad

filium transmisit, partem alteram Jeroso-

lymæ relictam, & thecæ argenteæ inser-

tam, Episcopo in posteritatis solatium cu-

stodiendam commisit. Hæc sæculo se-

quenti semel in anno ad solemnitatem

paschalem, id est, in Parasceve, ostende-

batur; Episcopus, cum primus eam ado-

rasset, populo etiam adorandam expone-

bat; unde haud dubie pia hæc caremo-

nia

Paulin. ep.

II. ad Se-

ver.

nia in omnes alias Ecclesias transit. Sæculum IV.
 Nunquam vera crux Jerosolymæ, exce- A. C. 306.
 pta ista die, publice patebat, nisi forte
 peregrinis crucis videndæ causa adve-
 nientibus Episcopus hanc gratiam face-
 ret. Clavos repertos Constantinus par-
 tim cassidi, qua tegebatur, partim lupa-
 to, quo equum regebat, jussit infigi, ut
 sibi in acie præsidio essent. (*)

P 4

Interim

(*) Hier ist eine Anmerkung des Protestantis-
 schen Uebersetzers auf seiner 400. Seite im 2ten
 Theile. Er sagt: Die Erzählung von der
 Erfindung des Creuzes durch die Helena ist
 nicht ohne Zeugen im Alterthum. Er nennet
 auch drey davon, den Rufinus, den Cyrillus von
 Jerusalem, und den Ambrosius in einer Rede an
 Theodosium. Nichts destoweniger sezet er hin-
 zu: Aber die Ansage lautet gar verschieden,
 und machet dieselbe verdächtig. Warum?
 Eusebius saget nichts davon. Das Stillschwei-
 gen eines Arianers ist bey ihm mächtiger, als das
 Zeugniß dreyer Römischkatholischen Scribenten.
 So müßte auch die Auferstehung Christi verdächtig
 seyn, weil Josephus Judæus nichts davon meldet.

Der Uebersetzer haltet diese Erzählung für eine
 Frucht solcher Zeiten: da der Aberglaube schon
 auf dem Thron gesessen, welches vom vierten
 Jahrhundert nicht behauptet werden kann.
 So weit ist gewiß Constantinus, saget er fer-
 ner: nie verfallen, daß er geglaubet haben soll-
 te, daß er und sein Pferd schussfrey werden
 könnten, wenn dieses Nägeln vom Creuz Chri-
 sti

Sæculum IV. Interim ipsius Imperio, & suæ ma-
 A. C. 326. tris curis Ecclesia S. Sepulchri exsurge-
 bat, sex annorum opus. Circa templum
Euf. III. civitas pone antiquam, sed non in eodem
 e. 33. loco

sti in seinem Stangenzaum führete. So sind
 insgemein die Beschuldigungen unsers Uebersetzers
 mit welchen er wider die Lehre, oder die Gebrä-
 che der Römischen Kirche angezogen kömmt, be-
 schaffen; zum Grund leget er eine Lüge. Wer
 saget, daß Constantinus habe geglaubet, er und
 sein Pferd könnten dadurch schußfrey werden? wer
 für ein Katholik glaubet heut zu Tage, daß ihm
 unfehlbar kein Unglück begegnen könne, wenn er
 schon vor der Gefahr einen Kreuz-Partickel, oder
 andere heilige Reliquien verehret?

Ferner saget der Uebersetzer, die Reisen nach
 Jerusalem, und zum Heil. Grabe hätten in einen
 Aberglauben ausgeartet. Der H. Hieronymus
 hätte es dem H. Paulinus als eine Thorheit ver-
 wiesen, und Gregorius Nissenus hätte eine eige-
 ne Rede wider diejenigen gehalten, die nach Jeru-
 salem Wallfahrten gethan. Es ist nicht gleich bey
 einem jeden Menschen zu billigen, wenn er auch aus
 Andacht nach Jerusalem reisen will; und wenn
 auch daraus bey einigen Leichtgläubigen Aberglau-
 be entstanden wäre, so folgte dennoch nicht, daß
 die Sache selbst nicht löblich sey. Er setzet noch
 hinzu: Die Wunderwerke, und sonderlich dies-
 ses, daß am Tage der Auferstehung Christi
 ein Feuer vom Himmel herab falle, dadurch
 alle in dem über dem Grabe Christi erbauten Tem-
 ple

æ ma loco, educebatur, quæ nova Jerosolyma, Sæculum IV.
 a Prophetis prædicta, videri poterat. A. C. 326.
 Haud procul in vertice montis olivarum ibid. c. 41.
 aliud Imperatoris jussu templum ædifica- 6. 43.
 tum in honorem, & memoriam Ascen-
 sionis

P 5

sionis

Tempel befindliche Lampen angezündet wür-
 den, wären die Loockspeise gewesen, und daß
 diese Erfindung abergläubigen Menschen
 durch die veranstalteten Creuzzüge Ströme
 Blutes gekostet hätte. Hier beschuldiget er
 ganz Europa, welches meiner Vertheidigung nicht
 nöthig hat. Dieser Mensch wäre einer Nachsicht
 würdig, wenn er die Lehre der Römischen Kirche,
 die er bestreiten will, vorher richtig vortragte.
 Man lehret in der Römischen Kirche, daß es ver-
 nünftig, löblich, Gott-gefällig, und dem Menschen
 nützlich sey, das Heil. Creuz verehren, und weiter
 nichts. Wird auch bisweilen das Wort: adora-
 re, oder: *Adoratio* gebraucht, so wird solches
 keinesweges auf das Creuz, sondern auf Jesum
 Christum gedeutet. Wenn auf dieses Bekenntniß
 unser Uebersetzer fortfähret zu schreyen: Aberglau-
 be! Abgötterey! so muß er ein Dummkopf, oder
 ein Heuchler seyn. Noch einige Worte aus dieser
 Anmerkung verdienen angezogen zu werden: er sa-
 get: So gut es die Helena mag gemeynet ha-
 ben, da sie diesen Ort reinigen lassen, und die
 Ehre des Erlösers retten wollen; so wenig
 haben ihre Nachseiferer Beyfall gefunden. Es
 meynet also dieser Protestant, die Heil. Helena
 hätte besser gethan, wenn sie das Heil. Creuz Chri-
 sti hätte liegen lassen, wo es gelegen ist.

Sæculum IV. sionis Jesu Christi, iterumque aliud
 A. C. 326. Bethlehem, ut specus nativitate ejus con-
 secrata in honore esset. Hæc ædificata
 Ruf. I. c. 8. donis pretiosis decorata erant, vasis
 Theod. I. 18. reis, & argenteis, velisque diversi coloris,
 æternis monumentis, quanta pietas Constantinus,
 & Mater ejus Religionem coluerint. Ipsa aliquanto
 adhuc tempore in Palæstina morata, præter alia
 summæ Religionis signa honorem maximum
 Virginibus Deo dicatis habuit, quibus in unum
 convocatis, & in mattis accumbere jussis, ipsa
 ad mensam Regiæ manibus ministravit, urceum
 tenens, & aquam manibus earum lavandis in
 subiectam pelvim superinfundens, ipsa quoque
 cibos inferre, pocula vino implere, & bibentibus
 porrigere. Tandem piissima Princeps, ubi Romam
 rediit, ibi mensæ Augusti, hujus anni 326. in
 Imperatoris filii, & Cæsarum nepotum suorum
 amplexu diem obiit, cui Imperator pompa
 Regia parentavit. Ecclesia 18. Augusti ejus
 memoriam agit. Constantinus, a mense Julio
 jam Romæ præsens, annum Imperii sui
 vigesimum magnifice celebravit, mansitque
 ibi tribus mensibus; sed cum ob zelum
 extirpandæ Idololatriæ Senatui, populoque
 factus esset invisus, Roma discedens,
 nunquam exinde illuc rediit.

§. XXXIII.

Sæculum IV.
A. C. 326.

Constantinus extirpandæ Idololatriæ intentus.

Magnus profecto in Constantino erat Idololatriæ extirpandæ ardor; multorum templorum in urbibus portas, multorum etiam tecta auferri iussit, ut collaberentur, ex aliis statuas ære fusas a multis Sæculis celeberrimas, & populorum Religione venerabiles, quas in foris publicis omnium oculis exposuit. Quod autem ad Idola aurea, & argentea attinet, alio usus est consilio; quosdam Palatii sui officiales Christianos, & expertæ fidei secreto in Provincias misit, qui Idola pretiosissima, nec iis exceptis, quæ de Cælo allata ferebantur, sine violentia, & strepitu ex arcanissimis adytis protracta, a Sacrificulis sibi extradi exigerent; privati sibi, & toti familiæ metuentes Imperatoris voluntati non audebant resistere, Sacerdotes, & Idolorum custodes, cum se a populis desertos cernerent, ne quidem hiscere; interim Imperatoris ministri, acceptis his, quæ aurea erant, vel argentea, atque ideo fusilia, vilia, & inutilia Idololatriæ relinquebant. Singulæri cura ad quædam templa maxime inviosissima destruenda Constantinus incubuit. In uno montis Libani cacumine prope fluvium

Euf. II. vit. c. 54.
Sozom. II. c. 5.

Euf. ibid. c. 15.
Socr. I. c. 18.
Sozom. ibid.

Sæculum IV. fluvium Adonin templum stabat Veneris
 A. C. 326.

ab omni hominum frequentia remotum
 Quadam die arcana carminum vi ignis
 stellæ similis a summo montis apice de
 lapsus in fluvium præcipitari, hæcque
 esse Venus Urania, seu cælestis diceba-
 tur. Re vero ipsa istud templum nefan-
 dæ Veneris schola erat, in qua viri effra-
 minati, & perditissimæ mulieres sub Re-
 ligionis pallio omnis generis abominan-
 da perpetrabant, atque hæc impune, cum
 nemo vir gravis propius locum auderet
 accedere. Hoc templum Constantino
 jubente, & militum opera funditus ever-
 sum, atque ita mundatus est locus.

Ibid. c. 56.

Ægis in Cilicia Æsculapii templum
 celebrabatur; sæpe dormientibus appa-
 rere Deus ferebatur, & a variis morbo-
 rum generibus languidos curare; Deum
 istum Salvatorem populi laudabant, &
 qui inter Gentiles sapientes dicebantur,
 ejus prodigia prædicabant. Hoc quo-
 que templum Constantinus a suis mili-
 tibus ita dirui jussit, ut ne vestigia qui-
 dem viderentur. In Ægypto Pagani Nili
 exundationem, quæ Regioni ubertatem
 tribuit, Dei sui Serapis beneficium esse
 credebant, quia columna illa, qua exur-
 gentium undarum altitudinem metiebantur,
 in Idoli hujus templo asservabatur;
 hæc, cum Constantini jussu in Ecclesiam
 Alexandrinam fuisset translata, dicebant,
 jam

Socr. I. c. 18.
c. 57.

jam Serapi ad iracundiam provocato, non amplius ripam supergressuras fluminis undas, nec terræ fertilitatem illaturas; sed anno sequenti, & cœteris omnibus fluvius, ut alias solebat, exundavit.

Sæculum IV.
A. C. 326.

In Cilicia Apollo Pythius oracula dabat, fama celebratissima, cujus templum Imperator solo æquari jussit; tum apertis plurimorum Paganorum oculis vanitatem suæ Religionis agnoscebant; multi ad Christiana sacra transibant, multi saltem nunc despiciebant, quæ prius fuerant admirati, videntes sub tanto rerum externarum apparatu latere nihil, nisi contemptibilia, quippe in portica Idolorum concavitate ossa mortuorum, aut calvariæ, quibus ad maleficia abutebantur, aut detritas lacinias, aut fœni, paleæve acervos invenire erat. In secretissimis Templorum angulis nec Deus ullus, qui oracula funderet, sicut plebis simplicitas credebat, nec Dæmon, aut saltem nocturnæ larvæ visebantur. Nulla caverna erat tam obscura, aut profunda, nulla adyta tam sancta, aut munita, quo non immissi a Constantino milites impune penetrarent. Ita Gentilitatis tenebræ, tot sæculis dominatæ dissipabantur.

Heliopoli Phœnices Pagani, Deæ Veneris cultores, uxores habebant communes, filiasque suas advenis transeuntibus, quasi

c. 58.
Socr. l. 6. 18.

Sæculum IV.
A. C. 326. quasi hospitalitatis jure prostituebantur. Hæc ultra fieri Constantinus vetuit, scripsitque ad eos Epistolam, qua ad morum conversionem, & veri Dei agnitionem exhortabatur. Ecclesiam quoque magnam ibi ædificari jussit, ubi nulla usquam steterat, constituit Episcopum, Presbyteros, & Diaconos, atque, ut facilius homines istos ad veram Religionem traduceret, bona plurima pauperibus distribuit.

§. XXXIV.

Ecclesia ad quercum Mambre.

Ibid. c. 52.
v. Valef.
Gen. 18.
Sozom. II.
c. 4.

Eutropia Syriſſa Imperatricis Fauſtæ Mater ſcripſit ad Imperatorem Generum ſuum; prope quercum Mambre in Palæſtina, ubi Abrahamus tres Angelos hoſpitio liberaliter exceperat, altare, & Idolum fuiſſe erecta, ibique impia offerri Sacrificia. Locus iſte alias etiam Terebinthus dicebatur propter antiquiſſimam arborem, & triginta milliariis aut decem leucis francicis diſtabat. Singulis annis in æſtate notiſſima feſta ibi agebantur, & nundinæ, plurimis ejuſdem Regionis mercatoribus, atque ex interiori Palæſtina, Phœnice, & Arabia confluentibus. Quiſque hanc ſolemnitatem ſuæ Religionis ritu colebat; Judæi Patriarchæ ſui memoriam honorabant; Chriſtiani apparitionis

tionis Filii Dei reminiscebantur, plerique enim Orientalium credebant, ipsum Dei Filium cum duobus Angelis Abrahamo factum fuisse conspicuum. Gentiles Angelos colebant, atque Idola ideo ibi posita creduntur, ut eos Deorum, aut Dæmonum bonorum specie exhiberent. Hos invocantes, libationes vini, & thuris offerebant, alii bovem, caprum, vervecem, aut gallum immolabant. Unaquæque familia selectum pecus per annum delicatius pascebat, hujus festi convivio destinatum. Tanta erat loci reverentia, & divinæ ultionis timor, si profanassent, ut quidquam obscœni ibi committere non auderent, omne cum scœminis commercium sibi interdicebant, quamvis ibi liberius, & solito comptiores lascivorum oculis oberrarent, & subtentoriis viri scœminis mixti degerent. Nulla in istis castris domus, nisi illa, quæ Abrahami fuisse dicebatur prope quercum, & puteum, ex quo festo durante nemo hauriebat, quia Gentiles injiciens vinum, placentas, pecunias, odores tam liquidos, quam solidos aquam turbabant. Præterea lampades circa oram putei accensæ hausturos prohibuissent.

Cum Constantini Socrus in Palæstina venisset, ut votum solveret, scœdas superstitiones ad quercum in Mambre conspicata, ad eum rescripsit; ipse ad S. Ma-

Sæculum IV.
A. C. 326.

Euf. III.
vit. c. 52. 53.

Sæculum IV. S. Macarium, aliosque Palæstinæ Episcopos litteras dedit, ubi postquam leniter eorum negligentiam increpavit, quod tantam profanationem tolerarent, adjungit, quod Comiti Acacio scripserit; abaque mora illius loci Idola comburenda, evertendas aras, eosque, qui in hanc Legem contumaces, impia sacra peragere vellent, severissime puniendos. Dicitur etiam, se mandata dedisse, ut in isto loco Ecclesia exstruatur. Tandem inculcat Episcopis, si quæ suis imperiis contraria fierent, ne tardent ad se perscribere, ut, quicumque fuerint rei, ultimo supplicio tollantur. Ut Imperator jussisset, magnificentum surrexit in isto loco Ecclesiæ ædificium. Hæc autem illo tempore, quo S. Helena in S. terram profecta est, posteriora esse conjiciuntur.

§. XXXV.

Historia Comitis Josephi.

Epiph. hæc. In Palæstina Constantini jussu, & Comitis Josephi, origine Judæi, cujus conversio memoratu digna est, opera plures Ecclesiæ ædificatæ. Natus is erat Tiberiade, inter suos Apostoli dignitate spectabilis, hoc enim nomine suæ nationis primores Judæi appellabant, Patriarchæ sui qui totius nationis Princeps erat, Comites, & Senatores. Patriarcham tunc

venera-

venerabantur Hillelum celeberrimi Ga-
 malielis stirpe ortum; is cum ægrotaret,
 & mortem vicinam sentiret, rogavit Ti-
 beriadis Episcopum, haud procul habi-
 tantem, ut ad se veniret, & sub specie
 Medici, remedium ægrotanti parantis,
 Baptismum conferret; adest Episcopus
 Medici habitu, & balneum tanquam huic
 morbi generi perutile parari jubet; Pa-
 triarcha tanquam honestati consulturus,
 omnes exire imperat; ita baptizatus, &
 sacris Mysteriis munitus est. Interim
 Josephus stans extra limen per rimas in-
 trospiciebat, videns omnia, quæ intus
 fiebant, & memori mente imprimens;
 observavit etiam, quod Patriarcha plu-
 rimum aurum manu tenens, Episcopo da-
 ret, dicens: *Offer ista pro me, & meo no-
 mine, quia scriptum est, quidquid Sacer-
 dotes Dei ligent, vel solvant super ter-
 ram, ligatum, aut solutum esse in Cælo.*
 His factis aperiuntur portæ; amicis, qui
 ad visendum Patriarcham convenerant,
 interrogantibus, quomodo haberet post
 balneum? respondit, optime sibi esse,
 nempe longe alio, quam ipsi putabant,
 sensu. Post pauculos dies, quibus latens
 sub specie Medici Episcopus ad eum in-
 visebat, piissime obiit, relinquens filium
 tenera ætate, sub Josephi, & alterius no-
 tæ probitatis viri tutela. Filius hic, no-
 mine Judas patris morte erat Judæorum

Sæculum IV.
 A. C. 326.

O Jherosolymitanum

Hist. Eccles. Tom. III.

Q

Pa-

Sæculum IV. Patriarcha, cum hæc dignitas de Patre
A. C. 326. in Filium jure successionis transfret, &
 quia ipse per ætatem non poterat, res omnes a tutoribus gerebantur.

Josephi Comitæ Historia

Tiberiade quoddam conclave erat servando thesauro destinatum, & sigillo signatum, quod suspicionem movere poterat, magnas ibi divitias custodiri; Josephus illud secreto referare ausus, nihil nisi aliquot libros invenit, nempe Evangelium S. Joannis, & Acta Apostolorum, utraque ex Græco in Hebraicam linguam versa, Evangelium quoque S. Matthæi Hebraicum, sicut scripserat; horum librorum lectio, eorumque, que in Baptismo Patriarchæ defuncti gesta erant, memoria quietam Josephi mentem esse non sinebant. Inter hæc juvenem Patriarcham Judam, dum adolevit, usque adeo luxuria depravavit, ut ad extorquendum mulierum amorem magicis carminibus uteretur. Hac etiam aetate cum mulierem Christianam adoriretur, illa Magiæ vim pronuntiato JESU Christi nomine, & crucis signo superavit. Novum hoc JESU Christi virtutis argumentum fortiter Josephi animum impulit; necdum tamen, ut Christianus esse vellet, evicit. Obstinato Salvatore in somno apparuit, dicens: *Ego sum Jesus, quem Patres tui crucifixerunt, crede in me.* Ipse necdum victas manus dedit, &

& in gravem morbum incidit; jamque de ejus salute desperabant. Secundo

Sæculum IV.
A. C. 326.

Salvator eidem apparuit, monens, ut crederet, sicque futurum, ut sanaretur; ipse promisit quidem, sed promisso non stetit, induratus. Recidit in languorem pristinum, iterum periclitabatur, atque exspiraturus videbatur, tum senior aliquis Legis Doctor ei in aurem: *Crede in Jesum Christum sub Pontio Pilato crucifixum, Dei Filium, & deinde ex Maria natum, qui est Christus Dei, qui suscitatus est, & qui venturus est judicaturus vivos, & mortuos.* S. Epiphanius, qui hanc Historiam narrat, testatur, Judæos ejusmodi verba vita periclitantibus suggerere consuevisse; ex alio etiam, qui adhuc Judæus erat, se audivisse, quod ei ad mortem decumbenti in aurem insusurratum fuerit: *JESUS Christus Dei Filius judicabit te.* Videntur Judæi hæc verba, tanquam arcanam vim ad sanandum ægrotum habentia, superstitiose usurpasse.

Necdum fracta Josephi pervicacia, Jesus Christus denuo ei dormienti objectus, aiebat: *Ecce! restituo te sanitati, crede, postquam convalueris!* Sanatus est quidem, sed non credidit. Rursus ei, jam valenti, Jesus Christus per somnium conspicuus pervicaciam exprobravit, aitque: *Ut convincaris; si quod miraculum*

Q 2

meo

Sæculum IV. *meo nomine edere velis, concedo tibi hanc*

A. C. 326. *facultatem.* Tiberiade homo quidam

fatuus urbem sæpe nudus percurrerebat; vestes enim, quotquot ipsi dabantur, la- cerabat; Josephus ut potestatis sibi per- visionem datæ experimentum caperet, dubitans tamen adhuc, & timidus homi- nem in domum suam adducit; tum, janua clausa, aqua, super quam Crucis signum formaverat, manu sua furentem aspergit, dicens: *In Nomine Jesu Christi Nazareni exi ab eo Dæmon! & sanetur homo iste!* ipse magno clamore e- dito in terram prosternitur, spumans, se- que violenter in omnem partem jactans, tandem diu immotus jacuit; credidit Josephus hominem exspirasse, at elapsa forte hora surrexit, faciem fricans, vi- densque suam nuditatem, se ipsum, ut poterat, manibus tegebat, pudorem ultra non ferens. Josephus dedit ei vestimen- ta, quæ illico induit, atque, rationis com- pos, Josepho, & Deo gratias agebat, quod se ejus opera sanatum agnosceret. Hoc prodigio per totam urbem divulgato, Judæi dicebant: *Josephus Thesaurum aperuit, Nomen Dei scriptum invenit, legitque, hinc magna miracula perpetrat.* Idem dicebant de Jesu Christo; ipsum virtute Nominis ineffabilis Dei, quod in templo invenisset, sua miracula edidisse. At hec dum expugnatus est Josephi ani- mus.

Josephus
Comes.

Pa

tatem

pignu

munu

sum,

datis E

venisse

illius

urbe

Christi

inita c

secret

suo A

stulit

stros,

byter

nabar

funge

res co

vare,

ces r

tende

viso i

runt

eripi

to rap

que i

dunt

eoru

re ite

in C

dejie

Pa

Patriarcha Judas, ubi ad virilem ætatem pervenit, Josepho in grati animi pignus dedit, aut confirmavit Apostoli munus, quod inter Judæos, utpote lucrosissimum, ambiebatur. Eum deinde misit datis Epistolis in Ciliciam, quo ubi advenisset, decimas, & primitias a Judæis illius Provinciæ exigebat; in quadam urbe casu factum, ut diversorium penes Christianorum Ecclesiam nancisceretur, inita cum Episcopo amicitia, petiit ab eo secreto Evangelia, & legit. Porro pro suo Apostoli munere deposuit, aut transtulit aliquos minorum gentium Ministros, quales erant Archisynagogi, Presbyteri, Seniores, Azanitæ, ita eos nominabant, qui quasi Diaconorum officio fungebantur; hinc Josephus dum errores corrigere, & disciplinæ rigorem servare, multorum odium incurrit; ut vires referrent, curiose in ejus vitam intendere cœperunt, cumque semel improvise in ejus domum irrupissent, invenerunt Evangelia legentem; tum librum eripiunt, ipsum correptum, in pavimento raptant, percutiunt magno ejulatu, atque in Synagogam deductum flagris cædunt; Episcopus superveniens virum ex eorum manibus liberavit. Alio tempore iter facientem, cum ipsi occurrissent, in Cydnum amnem, qui Ciliciam alluit, dejiciunt, putantes aquis fuisse suffocatum.

Sæculum IV.
A. C. 326.

Sæculum IV. tum. At ipse emerfit, & paulo post baptizatus est. Exinde contulit se in Regiam, fuitque Constantino gratissimus cui omnia, quæ sibi contigerant, narravit; Imperator, Comitis Dignitate ornato, libertatem fecit, ut quodcumque optaret, peteret; Josephus nihil optatum sibi accidere posse respondit, quam si Imperatore mandata acciperet, ut ejus auctoritate Ecclesias in urbibus, & oppidis Judæorum, in quibus hæctenus excelsi non potuissent, excitare sibi liceret; ideo autem nulla inter eos in istis locis erat Christianorum Ecclesia, quia præter ipsos nemo nec Gentiles, Samaritani, aut Christiani habitabant; id vero præsertim Tiberiade, Diocæsareæ, Sephori, in urbibus quoque Nazareth, & Capharnaum sollicitè observabant, ne quoscunque excelsos ibi habitare paterentur.

Josephi Comit
mitis gesta.

Lamp. in
Alexand. p.
229. Sup.
L.V. §. 48.

Josephus Comitum honore auctus, acceptis ab Imperatore litteris, Tiberiadem venit, quibus ei Provincia demandata erat, ex ærario Principis operas conducendi, ipsique pensio annua assignabatur. Primum ædificium excitare cœpit Tiberiade, ubi posita magni templi sed imperfecti fundamenta invenit; quod Adrianeum dicebatur, quia jussu Imperatoris Adriani cœptum, verosimiliter eam mentem, ut Jesu Christo consecraretur, quem admodum, teste Lampridio, in omnibus civitatibus

vitatibus talia exstrui mandaverat. In Sæculum IV.
 urbe Tiberiade illius templi pars ima ex A. C. 326.
 quadratis quatuor cubitorum lapidibus
 jam aliquantum assurrexerat, civesque
 locum balneo publico adornando desti-
 nabant. Comes Josephus, opus aggres-
 sus, septem furnos coquendæ calci con-
 strui jussit; Judæi, ne ignis accendi pos-
 set, carminibus effecere, & operarii vi-
 dentes, quod ligna parata, & minuta
 flammam non conciperent, rem ad Co-
 mitem deferunt. Ipse illico præsto fuit,
 amplissimum vas cupreum aqua impleri
 jubet, & coram multitudine Judæorum,
 hos enim, quid factururus esset, videndi
 cupido plurimos attraxerat, crucis signum
 digito super vas efformans, dixit: *In*
Nomine Jesu Nazareni, quem mei, &
omnium circumstantium Patres crucifi-
xerunt, ista aqua virtutem habeat incan-
tationes veneficorum horum superandi,
reddatque igni facultatem suam, ut æ-
dificetur domus Domini! Tum aquam,
 quantam manu poterat, accipiens unum-
 quemque fornacem aspersit; evanere
 præstigiæ, impetu erumpunt flammæ in
 conspectu omnis populi, exclamantis:
 Unus est Deus, qui Christianos adjuvat!
 his domum revertebantur. Cum autem
 Comes Josephus multis persecutionibus
 turbaretur, satis ei visum, modicam Ec-
 clesiam in parte templi Adrianei struere;

Q 4

tum

Sæculum IV. tum Scythopoli sedem constantem fixit
 A. C. 326. Diocæsareæ tamen, aliisque in urbibus
 Ecclesias exstruxit, & perfecit. (*)

§. XXXVI

(*) Eine Anmerkung; in welcher der deutsche Uebersetzer diese unschmackhafte Erzählung verwerfet, weil sie von dem Heil. Epiphanius herkömmt, welcher nach seiner Meynung eine schwache Uebersetzungskraft hatte; Schade! daß diese Kraft in unserem Uebersetzer die allerschwächste ist; in dem er in eben dieser kurzen Anmerkung sagen darf, der Gebrauch des Weyhwassers gehörte zu dieser Zeit noch unter die heydnischen Gebräuche. Das Weyhwasser ist so alt als die christliche Kirchengebräuche, so wohl als das Heil. Kreuzzeichen, welches aus dem Tertullianus in seinem Buch de Corona schon im vorigen Jahrhundert erwiesen wird; so können diese Gebräuche im vierten Jahrhundert nicht unbekannt gewesen seyn. Wer wird läugnen, daß man das Heil. Taufwasser schon vor dem vierten Sæculo gesegnet habe. Er beschließt mit einem Histörchen, also: Daher Sozomenus vom Juliano erzählet, daß er, als er in Gallien in einen heydnischen Tempel gegangen, von einem Priester *Gentilium more* mit Wasser besprenget worden. Wiewohl eine abergläubige Hand hier statt dieser Worte: *Gentilium more*, eingeschoben hat: *More Ecclesiastico*. Ey ja! von einer abergläubigen Hand, das hat er mit zweenen Lutherischen Fingern geschrieben.

§. XXXVI.

Sæculum IV.
A. C. 326.*Novæ Ecclesiæ Romæ &c.*

Plures alias Ecclesias Constantinus ere- *Euf. III.*
xit, urbium præcipuarum unicujus- *c. 50.*
que Provinciæ ornamenta. Nicomediæ,

Bythinæ capite, & multis annis Impera-
torum Sede suis sumptibus magnitudine,
& opulencia clarissimam excitavit. An-
tiochiæ totius Orientis Principe aliam
forma pulcherrimam condidit, altitudi-
nem murorum singulari, figuræ octogonum,
ornamentis tam pretiosis, ut vulgo Eccle-
sia aurea diceretur; ipsum Ecclesiæ cor-
pus multis aulis, & oratoriis, tam edi-
tioribus, quam subterraneis circumda-
batur, septis omnia late cingentibus.
Romæ inter ædificia alia Basilicam, sem-
per abhinc a suo nomine dictam Con-
stantinianam, excitavit, alio nomine Ec-
clesiam Salvatoris in Imperatoris Fau-
stæ uxoris ejus Palatio, quod antea do-
mus Laterana dicebatur, ubi Concilium

Sup. l. X.
§. 12.

contra Donatistas actum fuerat; quia
Q 5 vero

schrieben. Wenn auch die Heyden die Gewohn-
heit gehabt, die Leute mit Wasser zu besprengen,
warum soll es bey den Christen ein Gremel seyn?
so dürfte man dem wahren Gott nicht opfern,
weil auch die Heyden den falschen Göttern ge-
opfert haben.

Sæculum IV. vero etiam Baptisterium ibi condidit
 A. C. 326. quæ S. Joannis Baptistæ imaginibus or-
 nari consueverant, frequentius Ecclesiæ
 S. Joannis Baptistæ in Laterano nuncupe-
 batur. Hæc est Ecclesia inter Romanas
 Principalis, ubi solemnium dierum statim
 adnotata est, & per plura sæcula Roma-
 norum Pontificum Sedes.

*Anast.
 Biblioth.
 in Sylve-
 stro.*

Ex veteribus Romanæ Ecclesiæ docu-
 mentis dispicitur, Constantinum huius
 Baptisterio tot domos, & prædia non tan-
 tum in Italia, sed etiam in Sicilia, Afri-
 ca, & Græcia, donasse, ut exinde pro-
 ventus annui ad tredecies mille, novies
 centum, & triginta quatuor asses aureos
 computarentur, quod ferme centum, &
 quindecim millia librarum annuæ pensio-
 nis conficit, as enim aureus illius tem-
 poris octo libras, & quinque asses nostra
 monetæ valebat. Alias quoque Ecclesias
 septem Constantinus Romæ iussit ædifi-
 cari, nempe Ecclesiam S. Petri in Vati-
 cano, in loco, ubi Templum Apollinis
 steterat, ut locus Martyrii, & sepulchri
 Principis Apostolorum honoraretur. Ali-
 am S. Pauli in loco, ubi Martyrio coro-
 natus est. Aliam S. Crucis in domo Ses-
 soriana, quæ S. Crucis in Jerusalem dicitur,
 quia veræ Crucis partem ibi depo-
 suit. Aliam S. Agnetis cum Baptisterio
 ad preces filix suæ Constantiæ, & sororis
 suæ ejusdem nominis, quas S. Sylvester
 bapti-

baptizavit. Aliam S. Laurentii extra ^{Sæculum IV.}
 civitatem in via Tiburtina ad hujus Mar- ^{A. C. 326.}
 tyris sepulchrum. Aliam SS. Marcelli-
 ni, & Petri Martyrum in loco, inter duas
 lauros dicto, ubi S. Helena sepulta est.
 Illam quoque Ecclesiam magnis donis
 ornavit, quam S. Sylvester in ædibus u-
 nius ex suis Presbyteris nomine Equitii
 prope thermas Domitianas excitaverat.
 Plures item alias Constantinus ædifica-
 vit Ecclesias, alteram Ostiæ ad honorem
 SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & S. Jo-
 annis Baptistæ. Alteram Albæ ad hono-
 rem S. Joannis Baptistæ. Alteram Ca-
 pupæ ad honorem Apostolorum, quam
 Constantinianam dixere, & aliam Neapo-
 li. Redditus, quibus has omnes Ecclesias
 dotavit, simul sumpti decies septies mil-
 le, septies centum, & decies septies asses
 aureos, id est, ultra centum quadragin-
 ta millia librarum nostræ monetæ confi-
 ciunt. His addendum, quod præterea
 ultra viginti millia librarum pensionibus
 annuatim sibi reddendis Ecclesiæ frue-
 rentur in diversi generis aromatibus, quæ
 terræ Ægypti, & Orientis in rerum na-
 tura suppeditare tenebantur; & tamen
 hæc omnia non alio pretio æstimavi,
 quam hodie currente, quod pretio re-
 rum illius temporis nimium quantum vi-
 lius est.

Ecclesiæ in urbe Roma.

Ut

Sæculum IV. Ut res exemplis facilius capiatur, S. Pe-
 tri Ecclesia possidebat domos Antio-
 chie cum prædiis circa urbem sitis; et
 tem Tarfi in Cilicia, & Tyri. Alii
 fruebatur in Ægypto prope Alexandriam
 & alibi; rursus ex Provincia Euphrati
 prope Cyrum, harum Regionum pars
 singulis annis certam portionem Nardi
 Balsami, Styracis, Cinnamomi, Croci
 aliorumque aromatum pro thuribus, &
 lampadibus submittere tenebatur. Vasa
 aurea, & argentea ad usum, & decorem
 harum Ecclesiarum destinata, & ab An-
 thasio fusissime enumerata, hic non me-
 moro, forte ab aliis etiam Imperatori-
 bus donata admiscuit, at bonorum im-
 mobilium documenta haud dubie maio-
 ri cura servata fuerint. Hæc sufficere
 possunt, ut sibi quis Magnificentie Re-
 galis ideam fingat, qua Constantinus tot
 Ecclesias fundavit; non omnes hos sum-
 ptus ex publico Thesauro depromebat,
 sed bona Martyrum, aut aliorum Chri-
 stianorum fisco attributa, quorum nulli
 hæredes supererant, templorum, in qui-
 bus Idola fuerant adorata, a se destru-
 torum redditus, aut ludorum profano-
 rum, quos abolevit, huc impendebat.
 Certe in Oriente Gladiatorum pugnas
 sustulit, saltem criminum reos ad talem
 pugnam damnari vetuit, imperavitque
 Prætorii Præfecto, ut ejusmodi homines
 potius

*Socr. l. c. 18.
 L. I. Cod.
 Theod. de
 Gladiat. lib.
 15. & ibid.
 Gethof.*

potius ad metalla transmitteret. Lex ista prima Octobris 325. Beryti in Phœnicia data est.

Sæculum IV.
A. C. 326.

§. XXXVII.

Conversio Gentilium.

Magnus Paganorum numerus ad fidem convertebatur, hi quidem, quod veterum superstitionum vanitatem, & falsitatem agnoscerent, alii stimulante emulatione, cum Christianos honoratiores se, & Imperatori chariores cernebant, demum quod illam Religionem haberent potioem, quæ eorum Domino probaretur. Alii fidei argumenta attente perpendendo movebantur. His miracula, aliis somnia, quibusdam Episcoporum, & Monachorum colloquia persuaserunt, Christianorum Religionem esse preferendam. Exinde urbes, populique integri fidem suscipere, nemine cogente templa, & Idola dejicere, & Ecclesias excitare. Habitatores Majumæ, quæ erat portus Gazæ in Palæstina, alias antiquis superstitionibus addictissimi, mutatis subito animis conversi sunt; horum pietati ut responderet Imperator, ipsum locum jure civitatis, quod prius non habebat, donavit, atque de nomine Constantii filiorum suorum dilectissimi Constantiam dixit. Ex simili causa urbem quam-

Sozom. II.
c. 5.

Euseb. IV.
vit. c. 37. 38.

Eus. ibid.
c. 39. Soc.
I. cap. 18.

Sæculum IV. quamdam Phœniciaë Constantinam ap-
A. C. 326. pellavit. Modicæ quoque Bythiniaë
Chr. pasch. bi, antea Drepanum dictæ in Matris
an. 327. honorem Helenopolis nomen imposuit
 civitatis prærogativam donavit, eamque
 in S. Martyris Luciani Antiocheni gra-
Sup. l. IX. tiam, cujus reliquiæ ibi erant, tributo
§. 39. rum pensione exemit. Eusebio forte Ne-
 comediensi, qui se S. Luciani Discipu-
 lum jactabat, suadente id factum, con-
 jectura sit.

Sozom. II. Religio Christiana jam ultra Roman-
c. 6. Imperii fines extendebatur. Nationes
 ad oras Rheni, & remotissimæ versus oce-
 anum Galliaë partes Christum colebant.
 Gothi, alique Danubio vicini populi
 Christiani erant, atque, suscepta vera Re-
 ligione mitescens, rationi parere ce-
 perant. Conversionis occasionem, & in-
 tium dedere incursiones, quibus ipsi
 Barbari sub Gallieno Principe ante sex-
 ginta ferme annos Imperii fines infesta-
 verant, Episcopi capti virtutum suarum
 exemplo, & miraculorum testimonio
 agnitionem, & amorem Religionis hos-
 bus suis ingesserant, tumque ex iis, qui
 in fide instruxerant, Ecclesias formave-
Sup. l. VII. rant. A multo jam tempore Armeni
§. 58. Christo nomen dederant; Tiridatem
 Principem eorum, viso miraculo, domi-
 suæ patrato, in Christum credidisse fe-
 runt, omnibusque suis subditis eandem

Religi-
 inde in
 ta, ato
 cio in
 rabant
 tori ha
 por Pe
 dona,
 set, c
 jora re
 stianis
 stolam
 tiam l
 præse
 re co
 Chri

Ulte
 F
 gione
 ditato
 res, u
 tem i
 travit
 Conf
 to pr
 re ab
 Philo
 Merc
 Reli

Religionem amplectendi Ducem fuisse, inde in vicinas Provincias fuerat dilata, atque Osroenes, & Armeniæ commercio in Persidem delata, ubi multæ numerabantur Ecclesiæ. Constantino Imperatori hæc non erant ignota, hinc cum Sapor Persarum Rex legationem ad se & dona, amicitiae fœdus pacturus, misisset, consensit, dona acceptis longe majora remittens; simul prolixam pro Christianis in Perside degentibus scripsit epistolam, in qua veræ Religionis præstantiam laudat; pœnas, quas Persecutores, præsertim Valerianus a Persis captus, dare coacti sunt, memorat, tandemque, ut Christianis faveat, hortatur.

Sæculum IV.
A. C. 326.

Sup. §. 3.
Euf. IV.
hist. c. 8. 9.
Etc.
Socr. I. 6.
25.

§. XXXVIII.

Missio Frumentii.

Uterius vero prolata Christi vexilla. Philosophus nomine Metrodorus regiones Mundi longinquas videndi cupiditate incensus, usque ad Indias ulteriores, ut veteres quidem putant, re ipsa autem in aliquam Æthiopiæ partem penetravit; ubi rediit, uniones, & Gemmas Constantino exhibens, querebatur, multo pretiosiora sibi a Rege Persarum Sapore ablata. Metrodori exemplum secutus Philosophus alius, Patria Tyrius, nomine Meropius eadem ex causa eandem profectio-

Ruf. I.
c. 9.
Anmia.
Marcel. lib.
25. c. 4. &
ibi Vales.
& Cedren.
ann. Const.
21.

Sæculum IV. fectionem suscepit, ducens secum duos
 A. C. 326. adolescentes, quos sanguine sibi proprio
quos instruebat, junior Edesius, alter Frumentius
 vocabatur. Philosophus, animam peregrinarum rerum cognitione
 exfatiaverat, iter in patriam relegit, ne
 vis vero, qua vehebatur, in quemdam
 portum proventa est, aquam potabilem
 aut quædam alia necessaria petendi causa
 facta; ea autem erat horum populorum ferocitas,
 ut Romanos omnes, quotquot capere possent,
 jugularent, quodcumque vicinis audivissent,
 initas cum Romanis pacis conditiones esse violatas;
 ergo ne vigium invadunt, Philosophum cum omnibus
 suis trucidant, duos adolescentes sub arbore legentes,
 & injuncta sibi pensa discentes inveniunt,
 his solis Barbari parcunt, & ad Regem suum adducunt.
 Is Edesium Pocillatorem sibi constituit, cumque in
 Frumentio plus industriae, & prudentiæ deprehendere
 sibi videretur, eum secretis, & tabulario praefecit.
 Abhinc Rex iste ambos non honoribus modo auxit,
 sed & tenero amore complexus est. E vita migravit,
 relinquens Regnum uxori, & filio adhuc dum infanti,
 facta duobus juvenibus potestate, ut deinceps suo
 arbitrio viverent. At Regina, quæ neminem in toto
 Regno his fideliorem sciebat, instantissime rogavit,
 curas Imperii secum partirentur, donec

filius

filius adolesceret, magis vero Frumentium, qui sapientia excelebat, quippe alterum sola in rebus gerendis fidelitas, & moderatio commendabant.

Itaque Frumentius, ad hujus Regni gubernaculum sedens, inspirante Deo, sollicite cœpit inquirere, si qui Christiani inter Romanos, mercaturæ causa illuc advenientes, essent, magnam tribuere libertatem, & hortari, ut ubivis domos se-
 ligerent, in quibus communi orationi vacarent, ipse suo exemplo præibat, suoque fervore, & collatis beneficiis ad imitandum excitabat. Areas ædificandis Ecclesiis concedebat, aliaque necessaria, vehementi ardore vineam Christi plantans, & ut fructus ferret, excolens. Cum Rex juvenis ad ætatem pervenisset, qua Imperium per semetipsum capeffere posset, ratione de administrato Regno fideliter reddita, Edesius, & Frumentius nullis Regina, Regisve juvenis precibus, aut ullo alio conatu retineri potuere, quin in Patriam redirent; Edesius, charos Parentes amplexurus, Tyrum redire prope-
 ravit, Frumentius contra, dicens, opera Dei celari non debere, Alexandriam iter direxit; ibi S. Athanasio Episcopo, omnia, sicut contigerant, ordine narrat, hortatur, eligendum esse virum, Episcopatu dignum, qui tanto Christianorum numero jam collecto, & Ecclesiis in mediis

Sæculum IV.
 A. C. 326.

Frumentius.

Hist. Eccles. Tom. III.

R

Bar-

Sæculum IV. Barbarorum terris nascentibus præfles-
A. C. 326. S. Athanasius, sermone, factisque Fro-
 mentii in Episcoporum conventu matu-
 pensatis, respondit illis Pharaonis ad Jo-
 seph verbis: *num invenire poterimus tu-
 lem virum, qui Spiritu Dei plenus sit, sic-
 tu, & tam grandia perficere valeat?* Tu
 Episcopum ordinavit, jussitque in illam
 Regionem, unde venerat, cum Gratia
 Dei reverti, nempe in urbem Auxumam
 Æthiopiæ, ubi, non pauciora, quam
Inf.l. XIII. olim Apostoli, miracula edens Frumen-
S. 34. tius, innumeram Barbarorum multitudi-
 nem ad fidem convertit. Rufinus, qui
Holsten.not. hanc historiam narrat, ex ore Edesii di-
ad Martyr. dicerat, qui exinde Tyri, patria sua, Pres-
R. p. 23. byter ordinatus est. Universa Ecclesia
 S. Frumentii memoriam colit, Latini vi-
 gesima septima Octobris, Græci triges-
 ma Novembris, eumque hodiedum Abba-
 sini suum Apostolum venerantur.

§. XXXIX.

Conversio Iberorum.

Ruf. I. c. 10. Iberi, populi Ponto Euxino vicini, non
 minori prodigio ad Christum conver-
 si. Mulieris cujusdam Christianæ, inter
 ipsos captivæ puritas vitæ, sobrietas,
 delitas, & in oratione perseverantia
 quippe integras noctes vigilabat, cetera
 ræque, ignotæ illis gentibus virtutes, in-
 gen-

gentem omnibus admirationem pepererunt; Barbaris stupentibus, & quærentibus, quæ tanti rigoris causa esset? simpliciter respondit, se ista ratione Christo Deo suo servire, æque novum his hominibus hoc Nomen erat, ac totum mulieris vivendi institutum. Dum in virtutum exercitio constantem vident, mulieres illius Regionis, ut natura curiosæ sunt, sciendi cupido incessit, an tantus Religionis zelus quidquam prodesset. Si quis infans inter ipsas ægrotaret, solebat mater ad amicarum, & vicinarum domos languentem portare, perquirens, an aliqua malo remedium sciret; postquam una die aliqua mater ægrotanti infanto apud notas mulieres frustra opem quæsierat, etiam ad captivam venit, respondit illa, humanum quidem auxilium nullum sibi occurrere, sed Deum suum Jesum Christum, quem adoraret, ægrotos, de quorum salute esset conclamatum, sanare posse. Tum infante supra cilicium, quod sibi pro lecto erat, deposito, & fuis ad Deum precibus, surgens, sanum matri reddidit. Prodigii rumor spargitur, & ad Reginæ aures magnis doloribus sine salutis recuperandæ spe decumbentis defertur; rogat, ut sibi adducatur captiva, quæ ire noluit, ne de se ipsa magnifice nimis sentire videretur, & talia suscipere, quæ sexui suo non congruant.

Sæculum IV.
A.C. 326.

Sæculum IV. A. C. 326. gruant. Ergo Regina ad captivæ cellam deferri se imperat, quæ supra suum cilicium incumbere iussam invocato Jesu Christi Nomine pristinæ sanitati restituit; docetque eam, a Jesu Christo Deo & summi Dei Filio esse sanatam; hortatur, ut ipsum invocet, ipsum esset, afferens, qui Regibus potentiam, & vitam hominibus tribuit.

Reginam in Palatium reversam, & gaudio exultantem interrogat Rex, quo pacto tam celeriter sanitatem recepisset. Quo audito, dona captivæ deferri jubet. At Regina, *Domine! hæc omnia, inquit: mulieri vilia sunt, nec aurum petit, nec argentum, & jejuniis pascitur, unica est merces, quam reddere possumus, si adoremus Jesum Christum, Deum illum, quem invocando me sanavit.* Tunc quidem Rex converti distulit, quamvis uxor sæpe, & vehementer instaret. Dum quadam die in Sylvis venatione recreatur, circa meridiem densissimæ subito ingruunt tenebræ, disperguntur socii, ipse solus procul a notis semitis errat, quo se verteret ignarus; in tam perplexo rerum articulo ei in mentem venit, si se Christus ille, de quo captiva ad uxorem, ex his tenebris liberaret, relictis Diis omnibus se illum solum adoraturum. Hæc eo cogitante, nullum enim verbum protulit, rediit dies, & ipse feliciter ad urbem

Iberi convertuntur.

urbem pervenit. Redux rem Reginae narrat, cito captiva accersitur, edicit Rex, nullum se impostero Deum, quam Jesum Christum culturum, & quaerit eisdem serviendi modum. Ipsa, quantum poterat, explicat, suadetque, ut Ecclesia aedificaretur, ejusque formam designat.

Saeculum IV.
A. C. 326.

Rex populo ad concionem vocato, quae sibi, & Reginae contigissent, refert, suosque, quantum ejus scientia permittebat, de Religione Christiana edocet, dum Regina interim faminarum tyrocinio praest; communi opera Ecclesia exstruitur; jamque muri stabant, & columnae erigendae erant, ponitur prima, & secunda, cum autem ventum ad tertiam, & jam media sui parte esset in altum elevata, nec hominum, boum, aut cujuscunque machinae vi tota erigi potuit, renovatus saepius conatus in cassum cecidit; Rex de successu desperabat. Sub noctem omnibus dilapsis, sola captiva in aedificio remanens, noctem in oratione transegit; primo mane Rex inquieto animo adest cum suis, & ecce! videt columnam linea perpendiculari supra subjectam basim pendentem, & uno pede distantem, ita ut in aere libere esset suspensa; omnis populus laudare Dominum, & dicere, veram esse mulieris captivae Religionem! tum columna praesentibus omnibus, nemine manum admovente,

R 3

in

Sæculum IV in suppositum fundamentum modo infestabili descendisse visa est; reliquæ tam cili labore mobiles fuere, ut una de omnes collocarentur. Ædificata Ecclesia, cum populus vehementi desiderio fide instrui cuperet, ex captivæ consilio legatio totius nationis nomine ad Imperatorem Constantinum dirigitur, rem, erat, Imperatori exponunt, rogant, consummandum opus Dei Episcopo mittat; ipse Episcopus honorifice misit, majori perfusus lætitiæ sensu quam si Regno integro Imperium suum auxisset. Rufinus, qui hanc historiam narrat, eam Jerosolymæ a Bacurio, rospiissimo, & sincerissimo accepisse firmat, qui aliquando illius nationis Princeps, deinde apud Romanos Domesticorum comes, & limitum in Palæstina Imperatoris Theodosii temporibus fuerat constitutus.

Socr. I. c. 20. v. Vales. ad Ann. Marc. l. 31. c. 12.

§. XL.

Arius, & Eusebius Nicomediensis in exilio revocantur.

Ruf. I. c. II. Sozom. II. c. 27. Soz. I. c. 25.

Sancta Helena e vivis ablata, Imperator Constantinus affectu tenerrimo in sororem suam Constantiam, Licinii viduam, conversus est, tanquam jacturam defunctæ ejus, suæque matris hoc solatio reparaturus. Constantia multum in uno Presbytero confidebat, qui secre-

to fovebat Arii partes; diu quidem mentem dissimulavit, sed dum familiaritate valere se sensit, fœminæ suggerere cœpit, plus justo Arium invidia fuisse oneratum, atque ejus Episcopum æmulatione ardentem, quod Arius populi amorem sibi surriperet, in proprii honoris vindictam prorupisse. Sæpius repetitis ejusmodi querelis Constantiæ animum devicit, quæ tandem ad mortem decubuit; dum Imperator frater ejus periclitantem invisit, solatur, & pia colloquia miscet, ferunt, eam ultimo petiisse, ut, si quid consilio apud fratrem posset, in dictum Presbyterum fiduciam poneret, &, quæ sibi pro sua salute dicturus esset, ausculta-
ret; ego vero, inquiebat, jam moritura, quæ futura sunt non curo, sed tibi, timeo, charissime frater! timeo, ne exulum innocentium gemitus e celo ultionem, & Regno tuo ruinam concieant. Constantinus, de bona fide sororis, pioque in se affectu certus, illi Presbytero, sæpius ad colloquium admissio, cum fiducia aures præbuit, crediditque Arium calumniis lædi potuisse, & ab exilio revocavit. Eusebio quoque Nicomediensi, Mari, & Theogni redeundi potestatem fecit, postquam ad Episcoporum præcipuos Palindiam misissent, scriptam in hunc modum:
Cum a vestra pietate condemnati fuerimus absque cognitione causæ, patienter quidem

Sæculum IV.
 A. C. 326.

Socr. I. c. 14.
 Sozom. II. c. 16. & ibi
 Vales. Pagi
 an. 327. n.

R 4

nos 14.

Sæculum IV. nos vestrum iudicium ferre oportet, ne
 A. C. 328. ro nos ipsi nostro silentio calumniis occu-
 sationem dare videamur, declaramus, quod
 consentiamus in fide, & postquam iam be-
 jus vocabuli CONSUBSTANTIALIS sensum
 perpendimus, pacem optemus; nec enim un-
 quam hæresin fovimus, sed postquam ea, quæ
 cogitabimus, pro Ecclesiarum tranquillita-
 te in medium attulimus, iisque, quibus sa-
 tisfacere oportebat, fidem nostram probavi-
 mus, formulæ fidei subscripsimus. Nolu-
 mus quidem subscribere anathemati, non
 quod formula fidei displiceret, sed quod ac-
 cusatum talem esse, qualem vos putabatis,
 non crederemus, scientes contrarium, ex
 iis, quæ tam per litteras, quam ore tenus
 nobis aperuerat; si vero Sacrum Conci-
 lium reum esse credidit, iudicio vestro non
 resistimus, acquiescimus, & per hanc epi-
 stolam nostri consensus certos vos facimus,
 si enim nos vobis præsentibus sistere licent,
 vestro iudicio integre submissos habebitis;
 non ideo quidem, quod nos exilii ultra sus-
 tinendi pigeat, sed ut nos ab omni hæresis
 suspitione purgemus. Cæterum, cum ipsi
 accusato indulseritis, & revocaveritis, su-
 spectum omnibus silentium nostrum vide-
 tur, post illius, qui credebatur reus, revo-
 cationem, & absolutionem. A vestra igitur
 Benevolentia postulamus, ut, sicut Di-
 gnitatem vestram decet, hac super re Im-
 peratori loquamini, libellum hunc suppli-
 cem

cem in manus detis, & mature, quæ pro nobis facienda visa fuerint, statuatis. Sæculum IV. A. C. 328.

Hucusque retractatio Eusebii, & Theognis, in qua distinctio juris, & facti, id est, fidei, & anathematis personalis reperitur. Accusatus, quem non nominant, Arius est, & dispicitur, jam tum fuisse revocatum, postquam, ut certa est conjectura, aliqua retractatione æquivoca, quod & deinceps fecit, Episcopis satisfecisset. Ergo Eusebius, & Theognis ab exilio revocati sunt post annos ferme tres, nempe anno 328. secundo in suas Cathedras ascendentes, eos, qui pro se ordinati fuerant, Amphionem Nicomedia, & Chrestum Nicæa expulerunt. Philostorg. II. c. 7.

Arium ab exilio revocatum Athanasius non recepit, nec, ut Alexandriae constitueretur, permisit; itaque Ariani, cum hostem esse implacabilem agnoscerent, perdendum esse, decernunt. Eusebius Nicomediensis in Ægyptum scripsit ad Meletianos, magnis promissis animos captat, arcana init fœdera, spondetque se, cum tempus res movendi advenisset, eos moniturum. Ante omnia alia S. Athanasio scripsit, hortans, ut Arium reciperet, rogans per epistolas, coram autem per eos, quos submittebat, minas intentans. Athanasius respondebat, æquum non esse, Hæreticos a Concilio œcumenico anathematizatos suscipere. Socr. ibid. c. 14. Athan. Ap. p. 777. Athan. Ap. p. 778.

R 5

Euse-

Sæculum IV. Eusebii industria effectum, ut ipse Imperator Athanasio scriberet, Epistola Cæsaria a duobus Palatii Ministris Syncletio, & Gaudentio delata, inter alia continebat sequentia: *cum ergo meam voluntatem scias, liberum Ecclesiæ ingressum omnibus, qui ingredi volunt, relinque, si enim audivero, quod alicui, ingressum desideranti, denegaveris, mittam, qui te deponant, & longius in exilium deducant.* S. Athanasius, ad has minas intrepidus, Imperatori rescripsit, docens; hæresi Jesum Christum oppugnantem, nihil cum Ecclesia Catholica commune esse posse.

§. XLI.

S. Antonius Alexandriam venit.

Sup. l. IX. **C**redibile est, S. Antonium a S. Athanasio Alexandriam vocatum, ut parte Catholicorum firmaret, quippe a tempore persecutionis sub Maximiano nunquam ibi visus fuerat; hoc saltem exploratum hunc S. Abbatem, ab Episcopis, & omnibus Fidelibus rogatum, de monte descendisse, urbem Alexandriam ingressum. Athanasios excommunicasse, & dixisse, hanc *vita Ant.* esse de ultimis hæresibus unam, quæ tempora Anti-Christi præcederet. Docebat *c.24. p.491.* populum, Filium Dei non esse creaturam, aut ex nihilo factum, sed æternum, de substantia Patris, Verbum ejus, & Sapientiam

tiam. Nulla, dicebat: cum impiis Aria-
 nis vobis sit communicatio, vos Chri-
 stiani estis, ipsi, qui Filium dicunt esse
 Creaturam, nihil a Gentilibus differunt,
 dum creaturam loco Creatoris adorant.
 Omnis populus audiens Antonium Hære-
 sin anathematizantem lætabatur, omnes,
 ut virum Sanctum viderent, accurrere,
 ipsi Gentiles, & Sacrificuli ad Ecclesiam
 veniebant, dicentes: *cupimus videre vi-
 rum Dei*; ab omnibus quippe ita voca-
 batur. Ad ejus preces Deus multos ener-
 gumenos, & furibundos curavit. Etiam
 ex Paganis aliqui Antonium saltem tan-
 gere cupiebant, credebantque juvari;
 his paucis diebus plures ad fidem, quam
 alias uno anno, conversi sunt. Dum ali-
 qui virum a tanta hominum turba mole-
 stari crederent, & multitudinem recede-
 re juberent, ait leniter: *non sunt isti ma-
 jores numero Dæmonibus, quibuscum in
 monte decertamus.* Abeuntem multis
 comitantibus, quos inter ipse erat Atha-
 nasius, ad portam civitatis clamans mu-
 lier revocabat: *mane, vir Dei! filia mea
 crudeliter a Dæmone torquetur, mane, &
 subsiste, rogo te! ne & ipsa currendo emo-
 riar!* rogatus subsistere, substitit, acce-
 dit mulier, filia in terram se dejiciebat;
 Antonio orante, & Nomen Jesu Christi
 invocante, exiit Diabolus, & filia sana-
 ta surrexit. Benedicebat Deum Mater,
 omnes,

Sæculum IV.
 A. C. 328.
 Rom. I. c.
 25.

Sæculum IV. omnes viro gratias agebant; ipse gau-
 A. C. 328. dens ad montem, tanquam in domum
 suam remeavit.

e. 25.

Duobus Philosophis Gentilibus, una
 die ad se venientibus, obviam procedens
 ait: *cur ita fatigamini, ut hominem fa-*
tuum inveniatis? respondent, sibi vero
 persuasum, esse eum sapientissimum,
 tum ipse: *si hominem insanum quæsi-*
stis, inutilis est labor vester, si autem sa-
pientem creditis, me sequamini! si enim
ego vos quæsitum ivissem, ideo fecissem, ut
imitarer vos. Ego autem Christianus
sum. Ipsi stupentes recesserunt. Alii
 venerunt ad partem exteriorem montis,
 & illudere volebant, quod litteras igno-
 raret; ad hos ait: *quid vobis videtur,*
quodnam altero prius est, sana ratio, aut
litteræ? quodnam est causa, & principium
alterius? dixerunt rationem præcedere,
 & ab hac litteras esse inventas, ergo, re-
 spondit: *sanam rationem habenti litteræ*
necessariæ non sunt. Redierunt admiran-
 tes hujus illiterati sapientiam, non enim
 rusticis erat moribus, quamvis in mon-
 te consenuisset, sed comis, & jucundus,
 & sermones ejus sale cœlesti conditi.

e. 26. 27. Alio tempore quosdam Philosophos er-
 roris convicit, demonstrans Religionis
 Christianæ excellentiam, & quam a ratio-
 ne abhorrens sit, Idola adorare, ad quod
 faciendum ipsi sua Religione induceban-
 tur.

§. XLII.

§. XLII.

*Calumniæ in S. Athanasium.*Sæculum IV.
A. C. 328.

Sancto Athanasio Arium recipere constanter renuente, Eusebius Nicomedensis ad Meletianos scripsit, tempus jam exigere, ut exequerentur, quæ communi consilio statuissent, confingendam aliquam causam, in qua Athanasium accusarent; postquam diu ingenium torserant, tandem simul cum Eusebianis apud Imperatorem conqueruntur, Athanasium novum linearum tunicarum tributum pro Ecclesia sua Alexandrina Ægyptiis imperasse, idque a se primo exactum. Imperatori tunc Nicomediæ agenti tres ex Meletianorum præcipuis nempe Ision, Eudemon, & Callinicus, quorum nomina in indice Episcoporum Meletianorum a Meletio S. Alexandro tradito inveniuntur, hanc accusationem deferunt. Per commodum accidit, ut duo Presbyteri Ecclesiæ Alexandrinæ tunc Nicomediæ morarentur, qui facile objectum suo Episcopo crimen diluerunt. Scribit itaque Imperator in Ægyptum, Isionem damnat, Athanasio, ut ad se veniat, imperat. Eusebius Meletianos retinuit in Regia, atque ubi Athanasius advenit, alia duo accusationis capita protulere, contra Presbyterum Macarium alteram, quæ eum calicem fregisse insimulabant, alteram

Athan. ibid.
p. 778.
Socr. I. c.
27. Cang.
gloss. gr.
Sticharion.

Ap. Athan.
ibid. p. 789.

ram

Sæculum IV. ram contra S. Athanasium, & quidem le
 A. C. 328. sæ Majestatis crimen, cum dicerent, eum
 Theod. I. Philumeni cuidam rebelli marsupium a
 c. 26. ro plenum misisse. Constantinus, au-
 tis attente accusationibus Psammachii
 prope Nicomediam, Athanasium inno-
 centem esse judicavit, & data Epistola
 Ap. Athan. ad Populum Catholicum Alexandrinum
 p. 779. remisit; in hac Epistola Imperator, post-
 quam eorum nequitiam damnavit, quæ
 ut odia privata, & ambitionem explerent,
 Ecclesiam dividebant, & turbabant, subi-
 jungit: *Nil malorum hominum in
 vicia in vestrum Episcopum potuit. Cre-
 dite mihi, fratres mei! pessimum homi-
 num istorum studium est, optimum tempus
 perdere, & pœnitentiæ salutavis occa-
 sionem in hac vita sibi met ipsis abscin-
 dere. Et inferius: Cum gaudio Episco-
 pum vestrum Athanasium recepi, & tam-
 quam viro Dei collocutus sum, jussi, ut
 meo nomine vos salutet. Macarius quo-
 que Presbyter coram Imperatore abso-
 lutus est.*

§. XLIII.

S. Eustathii Antiocheni Depositio.

Athan. ad. Alium quoque hostem Ariani pertimes-
 solit. p. 812. cebant Eustathium Episcopum Sedis
 Hier. ep. 84. Antiochenæ, ab Alexandrina secundæ, in
 orbe tertîæ. Vir Confessionis laude in-
 signis, doctus, & eloquens pluribus edifi-
 catis

dem le
nt, eu
oiuma
s, auc
mach
m inn
Episto
drinu
or, po
it, qu
a expl
babam
zum in
it. Cr
n bon
temp
is occ
absce
Episc
& tam
ussi, u
ius quo
re ablo

stio.
ertime
m Sed
nda, i
ude in
ous ed
ti

tis libris hæresin oppugnabat. Discipuli-
na, & canonum rigidus observator quos-
dam sibi suspectos inter Clericos suscipe-
re noluit, quorum deinde plerique, faventibus
Arianis, ad Episcopatum promoti sunt, quales
fuere Stephanus, Leontius Evnuchus, & Eudoxius
tunc Episcopus Germaniciæ; hi tres ipsi in Episcopatu
Antiocheno suffecti sunt; item Georgius Laodice-
nus, & Eustathius Sebastenus. S. Eustathii
Antiocheni pastoralis cura non ad solam suam
Ecclesiam restringebatur, sed ad alias etiam
Ecclesias mittebat viros, Fidelibus instruendis,
& contra hæreses obfirmandis aptissimos. Singu-
lariter autem Eusebium Casariensem aggressus,
quod Confessionem fidei Nicænæ corripisset;
Eusebius econtra affirmare, se fidei Nicænæ
conformia credere, Eustathium vero Sabellianismum
introducere; hæc enim erat vulgatissima illorum
objectatio, quibus vox consubstantialis non placebat,
quod vocem istam cum Concilio universali approbantes
accusarent, Sabellii, & Montani erroribus accedere.
Montanus quidem nihil contra fidem Catholicam
S. Trinitatis docuerat, sed quidam ipsius Discipuli
cum Sabellio distinctionem Personarum negabant,
dicentes eundem esse Patrem, Filium, & Spiritum
S. S. Eustathius eodem vigore Paulino

Sæculum IV.
A. C. 328.

Chryf. hom. 52. in Eustat.

Socr. I. c. 23.
Sozom. II. c. 18.

Theod. 3. fabul. c.
Vales. ad Socr. I. 23.
Sozom. II. c. 19.

lino

Sæculum IV. lino Tyriensi, & Patrophilo Scythopolitano resistebat, sua auctoritate plerosque Orientis Episcopos in errorem secum trahentibus.

*Theod. I.
hist. c. 21.*

Hinc Ariani in ejus ruinam conjuraverunt. Eusebius Nicomediensis magnum desiderium fingebat videndi Jerosolymam, & præcipue Ecclesiam ibi Imperatoris jussu magnifice ædificatam, talibus dictis Constantini animum ita demulsi, ut eum Nicomedia proficiscentem honorifice dimiserit, vehicula, sumptusque itineris liberaliter suppeditans. Theognin Nicænum arcanorum omnium conficiendum profectionis socium assumpsit. Ubi Antiochiam pervenerunt, S. Eustathius, amicitia larva deceptus, humanissime exceptos, omnibus fraternæ charitatis obsequiis prosecutus est.

Exinde ad loca sancta pertingentes, eos convenerunt, qui secum in errore consentiebant, nempe Eusebium Cæsariensem, Patrophilum Scythopolitanum, Aetium Liddensem, Theodotum Laodiceum, aliosque Arianos; communicatis consiliis, cum omnibus istis Antiochiam redierunt, qui Eusebium, & Theognin quasi honoris causa comitabantur.

Omnes hi Episcopi, cum simul essent Antiochiæ, Concilium agere cœperunt, Eustathio, & pluribus Episcopis Catholicis

licis presentibus, totius conspirationis, & preparati doli ignaris; omnibus præter Episcopos egredi iussis, ab Arianis introducitur prostituti pudoris mulier, ab ipsis subornata, quæ ostendens infantem ab uberibus suis pendentem, Episcopi Eustathii prolem esse impudenter clamitabat. Petiit Eustathius, ut testes produceret, ipsa nullum sibi testem esse dixit, sed Judicibus mulieri juramentum deferentibus, juravit, alta voce affirmans, infantem esse Eustathio genitum; statimque, ac si esset convictus, suffragiorum pluralitate condemnatus est; Episcopi Catholici aperte refragari, & prohibere Eustathio, ne acquiescat, dicentes, hanc sententiam esse contra omne fas latam, Lege divina expresse mandari, ne quis nisi testimonio duorum, aut trium testium damnetur, S. Paulum quoque docere, ne accusatio contra Presbyterum sine testibus admittatur. His non obstantibus rata mansit Eustathii condemnatio, & depositio, at causa non fuit publicata, nisi quod in conventiculis clanculariis diceretur, erubescendo crimine fuisse gravatum, cui generalis incusatio Sabellianismi addebatur.

S. Eustathio Eusebium Cæsariensem sufficere cogitabant, & Antiochiam transferre, cujus magna erat apud populum, & Cæsarem existimatio. Ergo Concilio

Sæculum IV.
A. C. 328.

S. Eustathius.

Deut. 19. 15.

1. Tim. 5. 19.

Socr. I. c. 24.

Sozom. II.

c. 19.

Euf. III.

vit. c. 62.

Hist. Eccles. Tom. III. S. lium

Sæculum IV. A. C. 328. lium hac super re ad Imperatorem scripsit, se quidem hanc translationem optare, & consentire populum; re ipsa autem una tantum populi pars consentiebat, cetera Eustathio adhærebat, & in Sede conservare nitebatur; populus Antiochenus ita divisus in seditionem erupit, civitati exitium imminere videbatur, in omnes ordines Magistratus quoque, & milites serpebat discordia, nec armis pepercissent, nisi Imperatoris obstitisset auctoritas; ad eum Eusebius, & Theognis celeriter re-
 vecti, cæteris Episcopis adhucdum Antiochiæ congregatis, reum esse Eustathium persuaserunt, non illius modici criminis, quo accusabatur, sed quod olim Helenæ Cæsaris Matri injuriam fecisset, & tyrannice in suos ageret, quippe ipsum seditionis causam rejiciebant. Imperator fidissimorum Ministrorum aliquem, Comitum dignitate ornatum, missum qui animos mitigaret, scripsitque Epistolas plurimas, quibus ad pacem hortabatur. Eustathium ad se mitti jussit, qui antequam discederet, convocatum regem suum, ut in sana Doctrina firmiter perseveraret, obsecravit, quas exhortationes magni ponderis fuisse in rerum decursu videbimus. Hunc Imperator quidem audivit, sed apud credulum prævaluerunt calumniæ, hinc Eustathium exulare jubet in Thracia, indeque in Illyricum

Chryf. in Eust.

Pagi. An. 340. n. 10.

Sozom. I. c. 19. Theod. I. c. 21.

Sæculum IV.
A. C. 328.

S. Eustathii
Exilium, &
obitus.
Hier. de
Script.

Euf. III.
vit. c. 61.

liricum deportari; plures Presbyteri, & Diaconi simul proscripti; inter hos Presbyteros Paulus fuisse creditur, postmodum Episcopus Constantinopolitanus, quem Constantinus misit in Pontum. Optimum S. Eustathio visum, si forti animo persecutionem ferret, nec ullum ad vindicandam sedem suam conatum adhibuisse legimus; obiit exul Philippis in Macedonia, atque Trajanopoli in Thracia sepultus est. Exitialis scœmina, quæ Sanctum accusaverat, cum in morbum diuturnum, & permolestum incidisset, aliquibus Episcopis dolum aperuit, fassa se ad tantum scelus pecunia coemptam, credere vero juramentum suum non ex integro fuisse falsum, quod prolem illam ex quodam artifice cuprario, nomine Eustathio, suscepisset.

Interim Eusebio Cæsariensi visum non est translationem a sua Ecclesia ad Antiochenam acceptare, sive eum permoverit zelus Disciplinæ Ecclesiasticæ, quod Imperator credidit, aut populi Catholici Antiocheni metus, nullum alium Episcopum, quam S. Eustathium agnoscentis. Scripsit igitur Imperatori, & Imperator dedit responsum, quod Eusebius diligentissime posteritati transmisit. Laudat Constantinus ejus in Canonibus servandis, & Traditione Apostolica zelum, eique, quod ab omnibus dignus judica-



Sæculum IV. tus sit, qui Ecclesiam regeret, gratulatur. Scripsit simul Imperator ad populum Antiochenum, ut a consilio eligentur. Eusebium averteret. *Nota mihi est, inquit: jam dudum ejus doctrina, & modestia; placet affectus quo eum amplectimini; at destruenda non sunt, quæ semel sapienter statuta, neque aliis, quod sumus est, surripiendum. Quod enim fecistis non est Episcopum retinere, sed aliis summa auferre, violentus est iste modus, & a justitia alienus. Seditiois occasio esse potest.* Tandem ad tranquillitatem reducendam hortatur, postquam ab iis ablata esset corruptelæ occasio; quibus verbis Eustathii condemnationem, quam justam credebat, denotare videtur.

Ibid. c. 62.

Eusebius tertiam quoque Imperatoris Epistolam ad Theodotum, Theodorum, Narcissum, Aetium, Alpheum, & aliosque Episcopos, qui Antiochiæ erant, datam refert; si Eusebius Nicomedienfis, & Theognis adhuc ibi fuissent, verosimiliter etiam eorum nomina legerentur; in hac Epistola Constantinus se de omnibus certiore factum dicit tum per Epistolas Episcoporum, tum etiam Acacii, & Strategii. Acacium Orientis Comitum fuisse autumant, qui Antiochiæ residere solebat, & Strategium, alias Mausonium, dictum illum Comitum, quem primo Seditio pacandæ Imperator

Vales. ad Eus. hic.

tor miserat; *Eusebii litteræ*, inquit: *le-*
gibus Ecclesiæ maxime conformes mihi vi-
dentur, sed etiam meam mentem ape-
riam; ad me relatum est, Euphronium
Presbyterum, Cæsariæ in Cappadocia ci-
vem, & Georgium Arethusanum, etiam
Presbyterum ab Alexandro Alexandrino
ordinatum, in fide esse probatissimos, hos
cum cæteris, quos Episcopatu dignos cen-
sebitis, proponetis, ut eorum aliquis jux-
ta Traditionem Apostolicam eligatur.
 Maximi haud dubie ponderis fuit hæc
 Imperatoris commendatio, nec sine effe-
 ctu, uterque enim ad Episcopatum pro-
 moti, Georgius Laodiceæ, Euphronius
 in ipsa Sede Antiochena, sed post aliquod
 temporis intervallum. Primo huic Sedi
 impositus Paulinus Tyriensis, qui post sex
 menses e vita migravit; successit Eu-
 lalius circa annum 328. qui tribus tan-
 tum mensibus sedit; huic successit Eu-
 phronius, postquam sedisset anno uno, &
 aliquot mensibus, defunctus. Brevitas
 temporis, quo tres hi Episcopi federunt,
 causa est, quod ab historicis aut non ad-
 numerentur, aut diversimode ponantur.
 Tandem Placillus, aut Flacillus Antio-
 chiæ Episcopus ordinatus est, seditque
 annis duodecim. Omnes hi Episcopi
 erant de parte Arianorum, populo Ca-
 tholico interea, seu, qui Eustathiani dice-
 bantur, conventus separatos agente.

Sæculum IV.
 A. C. 328.

Pagi. an. 240
n. 20. Philo-
storg. 3. c. 15.
Theod. 1.
c. 22.

Sæculum IV. Urgentibus Arianis simul duo alii
 A. C. 328. SS. Episcopi Asclepas Gazæ, & Eutropius
 Andrinopolitanus depulsi. Asclepas per
 versam Doctrinam fovere accusatus est
 eique Quentianus suffectus. Eutropius
 sæpe Eusebium Nicomediensem repre
 hendebat, &, apud se Andrinopoli
 vertentibus, suadebat, ne impiis ejus ser
 monibus fidem haberent; ad hunc delin
 ciendum conatus Arianorum secundavit
 iracundia Basilinæ Julii Constantii ux
 ris, & Juliani Apostatæ Matris, hanc quip
 pe Eusebius cognatione contingebat,
 quæ muliebri odium in Eutropium con
 ceperat.

*Athan. ad
 Solit. p. 812.
 Idem Apol.
 p. 766. id.
 p. 812.*

§. XLIV.

*Urbis Constantinopolitanæ
 fundatio.*

Zof. l. 2. **C**onstantinum, Deorum cultum aperte
 spernentem, Senatus, populusque
 p. 685. 686. Romanus, cujus pars major adhuc dum
 Idolis serviebat, oderat. Divinationes
 vanas, quarum maxima erat Religio, vi
 lipendebat; cum Romæ ageret, incidit
 festa dies, qua eum vetus consuetudo,
 proceribus omnibus stipatum, in Cap
 tolium vocabat; de hac cæremonia ad
 monitus, palam explosit; dumque Gen
 tiles moris antiqui derisionem vicissim
 cavillis ulciscuntur, Romam averfari ce
 pit.

pit, statuitque urbem aliam ædificare, Romanorum fastui parem, ubi Regiam Sedem figeret. Jam olim Diocletiano consilium fuerat, Nicomediam ad hoc honoris fastigium evehere, & efficere Romæ æmulam. Constantino animus erat prope antiquam Trojam novam urbem moliri, jacta erant fundamenta, surgebant muri, sed brevi post aliud placuit, nam cum Byzantium venisset, captus est loci amœnissima specie, situque super colles prominentes in fretum, quod maria duo, Propontidem, & Pontum Euxinum conjungit, iterumque ex terra firma utraque tam ex Europa in Asiam, quam ex Asia in Europam transituris brevem trajectum præbet. Ibi ergo Sedem fixam elegit Constantinus, & vasta condidit mœnia, quæ hodieque ex ejus nomine nomen gerunt.

Sæculum IV.
A. C. 328.

Lact. de morte.

Sozom. II. hist. c. 3.

Byzantium vetus originem debebat Byzæ Regi Thraciæ anno tertio Olympiadis trigesimæ, id est, anno ab urbe condita 99. Manassis Regis Juda quinquagesimo quinto. Calcedon, adversa ex parte in Asia stans, exstrui cœpit non nisi octodecim annis prius, anno secundo vigesimæ sextæ Olympiadis. Byzantinis civibus sub Romana Ditione libertas erat, sicut & aliis Græcorum urbibus, suis legibus vivendi, dignitate etiam urbium Metropolitanarum gaudebat, do-

Chron. Euf.

Sæculum IV. nec Severus, quod ex parte Pescenn
 A. C. 330. Nigri stare, captam, dejectis mœnibus
 ad tenuis oppidi sortem redegit, deinceps
 subjectam Perintho, alias Heracleæ futu-
 ram; hinc Episcopi Byzantini erant Se-
 dis Heracleensis suffraganei. Hanc Con-
 stantinus debellato Licinio sibi subjecit
 & non nulli dixerunt, fuisse ab eo restau-
 ratam in perpetuum Victoriæ suæ monu-
 mentum.

Et vero haud multo post illam victo-
 riam huic labori initium dari præcepit,
 nempe anno 326. secuta est solemnis De-
 dicatio anno 330. die Lunæ 11. Maji In-
 dictione tertia, anno ab urbe condita
 1080. ex quo sequitur fuisse annum 981.
 post Byzantii foundationem. Dicta est
 græce, hac enim lingua Regionis indige-
 næ loquebantur, Constantinou-
 polis, id est, Constantini urbs. Alio nomine e-
 tiam Roma nova appellata est. Singulis
 annis Dedicacionis ejus anniversarius pu-
 blicis ludis celebrabatur. Murorum am-
 bitus quindecim stadia, id est, unam fer-
 me leucam dempta quarta parte comple-
 tebatur, sed a sequentibus Imperatori-
 bus multum auctus est. Illuc Constan-
 tinus novos incolas ex veteri Roma, &
 Provinciis allexit, multos redditus tum
 pro ædificiorum fartis tectis, tum civium
 comœatu assignavit. Senatū, Magi-
 stratus, varios populi ordines, omnia Ro-
 mano

Sozr. I. hist.
c. 12.

Sozom. II.
c. 3.

mano mori per similia constituit; Roma-
 nae Leges observabantur, omnibusque
 veteris Romae privilegiis nova gaudebat.
 In quatuordecim Regiones, sicut Roma
 vetus, dividebatur, iisdem aedificiorum
 publicorum generibus decoratas, si tem-
 pla excipias. Plura visabantur fora, por-
 ticibus circumdata, quorum praecipuum
 Constantini nomen retinuit, eratque in
 medio Imperatoris statua columnae ex
 marmore porphyrico imposita. Caesaris
 Palatia duo aedificata, & in majoris pro-
 spectu Circus, seu hippodromus, equo-
 rum decursionibus destinatus. Stadia,
 seu curricula cursui pedestri parata, Cir-
 cus Bestiarum pugnis, theatra aliis spe-
 ctaculis, porticus deambulaturis, ther-
 mae, aquae ductus, fontes magno nume-
 ro visabantur. Capitolium exstructum,
 ubi artium, scientiarumque Magistris sua
 erant auditoria. Praetorium, & plura
 alia diversae jurisdictionis tribunalia.
 Plures Basilicae, in quibus negotia tracta-
 rentur. Domus frumentariae, & pluri-
 mi gradus, quibus panes tribus hominum
 ordinibus distribuebantur, nempe Regiae
 ministris, militibus, & civibus; namque
 Constantinus omnibus iis, qui ad augen-
 dam civitatem domos exstruerent, & fa-
 miliae eorum panes certo numero ero-
 gandos in perpetuum concesserat.

Saeculum IV.
 A. C. 330.

Id. VII. c. 9.
 v. Cang.
 Const. Chri-
 stiana.

S s

§. XLV.

Sæculum IV.
A.C. 330.

§. XLV.

Ecclesiæ urbis Constantinopolis.

Nihil autem Constantinopoli magni-
centius, quam Ecclesiarum structu-
ra fuit; quippe Constantinus Idololat-
riæ proscrip-
ta, templa vel diruit, vel ven-
Deo consecrav-
it, aras, victimis combu-
rendis positas, abstulit, nullibi Idola sta-
re, nisi in locis profanis ad civitatis or-
natum passus. Imo quæ singulari pope-
lorum religione in qualibet Provincia co-
lebantur, afferri jubebat, risui, & con-
temptui plebis exponenda, quæ antea in
templorum adytis custodita summæ ve-
nerationi fuerant; hic Apollo Pythius
illic Sminthius visebatur. Tripus Del-
phica, redditus oraculis celebratissima
in hippodromo posita erat, Musæ Heli-
conix in Palatio. In tota urbe nihil fre-
quentius, quam Deorum, Dearumque
effigies oculis objiciebantur. Ibi quo-
que videre erat Rheam, Deorum Ma-
trem, a monte Dindymon prope Cyzi-
cum allatam, ubi ab Argonautis depoli-
ta fuisse fertur; at Constantinus eam ab-
latis leonibus, & situ manuum mutato
fœdaverat, ita ut supplicantis speciem
referret.

Euf. III. vit.
c. 48.
Ibid. c. 54.

Cedren.
Euf. IV. vit.
c. 58. Et ibi
Vales.

Ecclesia Principalis æternæ Sapien-
tiæ, unde hodieque nomen habet, dedicata
fuit. Alteram quoque ædificavit in duo-
decim

decim Apostolorum honorem; ea figuram Crucis referebat, miræ altitudinis, intus a pavimento usque ad summum vario marmore incrustata; tabulatum opere fabrili eleganter elaboratum purissimo auro fulgebat. Fastigium non coctis lateribus sed cupro, in partibus prominentioribus deaurato, tectum, reflexis solis radiis a longe venientium oculos perstringebat, quod arcuatum, & rotundum clathris cupreis, auro superinducto, ambiebatur. Ipsa Ecclesia in medio aræ vastissimæ, & quadratæ stabat, quatuor circum porticibus inclusæ, quibus aulæ spatiosæ, balnea, conclavia, aliaque Ecclesiam custodientium habitationi necessariæ ædes jungebantur. Ibi Constantinus suæ sepulturæ locum elegit, & sibi sepulchrum in medio aliorum duodecim, sex nempe utroque ex latere, ad memoriam SS. Apostolorum exstructorum, poni iussit, fide firma credens, se post mortem precum illarum, quæ ibi ad honorem Apostolorum celebrari solebant, participem fore, easque animæ suæ profuturas. (*) Ita hac de re Eusebius Cæsariensis loquitur.

Sæculum IV.
A. C. 330.

Eus. ibid. 60.

Con-

(*) Diese Worte hat unser Protestant redlich übersezt: Er that dieses aus dem Grunde des

Sæculum IV. Constantinus præter has Ecclesie
A. C. 330. Constantinopoli etiam aliam S. Irene
 condidit, S. Sophiæ vicinam, nisi forte
 sub diversis Sapientiæ, & Pacis nomi-
 bus eadem sit. Plures aliæ eidem or-
 tus suos debere feruntur, nempe Eccle-
 sia S. Euphemie prope Hippodromum, &
 S. Mocii loco templi Herculis posita
 Alia S. Procopii. Alia S. Acacii. Alia
 S. Agathonici, alia S. Diomedis extra ur-
 bem, in loco, qui dicebatur *Hebdomon*
 quia septem miliaribus distabat. (*)

des Glaubens, um nach seinem Tode an den
 Gebetsübungen theil zu nehmen . . . in
 der Ueberzeugung, daß seine Seele Erque-
 ckung davon haben würde. Nun frage ich den
 Uebersetzer, ob er in einem andern Orte seine
 Uebersetzung mit Wahrheit habe schreiben können,
 daß den lieben Alten nichts dergleichen von den
 Todten zu glauben eingefallen sey, als man heut in
 der römischen Kirche glaubet? Denn man glau-
 bet in der römischen Kirche im Hauptwesen nicht
 anders, als was vor fünfzehn Jahrhundert dem
 Constantinus Magnus beygebracht worden, näm-
 lich, daß das Gebet der Lebendigen den Todten
 eine Erquickung bringe.

(*) Im deutschen heisset es: statt des ehemi-
 ligen *Hebdomon* &c. Und: anstatt des *Anaplas*.
 Das ist schlecht übersetzt; aber solche Fehler wer-
 den Kürze halber nicht gemeldet.

Et alia Ecclesia S. Joannis Evangelistæ. *Sæculum IV. A. C. 330.*
 In loco Anapulus dicto in littore maris Europæo Ecclesia in honorem S. Archangeli Michaelis, exinde multis miraculis clara. In urbe præter Ecclesias Constantinus alia quoque suæ Religionis monumenta posuit; in fontibus, quibus urbis bivia ornata erant, imago boni Pastoris, & alia effigies Danielis inter leones ex ære aurato sculpta visebantur. In maxima Palatii aula loco principaliori collocata erat tabula, crucem, ex gemmis compositam, auroque inclusam continens. In vestibulo alia tabula Constantinum inter liberos suos, crucem capite gestantem, & sub pedibus ejus Draconem, medio ventre telo percussum, atque in mare præcipitatum exhibebat.

Sozom. II. c. 3. Euf. III. vit. c. 49.

Ibid. c. 3.

Jam ad Ecclesiarum novarum Constantinopoli conditarum servitium libri erant necessarii. Hac super re scripsit Constantinus ad Eusebium Cæsariensem, magnam hominum multitudinem in nova urbe ad fidem esse conversam, hinc sibi visum plures ædificare Ecclesias; tum Eusebio negotium committit; SS. Scripturarum exemplaria quinquaginta in aptissimo pergameno ab optimis notariis describi procuraret, essentque facile legibilia, portatilia, decoris litteris, & correctæ; & subjungit: *Scrpsi Provincia Quæstori, necessarios sumptus supeditet.*

Apud. Euf. IV. V. c. 56.

Sæculum IV. *peditet. Curabis autem, ut hæc exemplaria mature exarentur. Potestati tibi facio, ut plaustra duo publica impares, quibus ea per Diaconum Ecclesie tuæ ad me transmittas.* Eusebius promptissime iussa executus, descripta exemplaria in foliorum terniones, & quaterniones divisa, atque sumptuose ornata, ad Imperatorem misit. Cœterum non sine causa Imperator hanc curam Eusebio potius, quam alteri commisit, nam præterquam, quod esset doctissimus, etiam Martyris Pamphyli hæres, ejus Bibliothecam acquisierat.

Modicum tempus effluxerat, ex quo Eusebius suam Historiam publicæ lucis fecerat; hæc inter omnes, quas habemus antiquissima est, incipiens ab adventu Salvatoris, & promulgatione Evangelii usque ad Persecutionum finem, & Licinii cladem deducitur. Totum opus in decem libros divisum est, quod autem pretium ejus maxime auget, est frequentia locorum ex Scriptoribus se antiquioribus adductorum, quæ alibi frustra quaesieris, cum in solo Eusebio supersint. Hanc suam Historiam Ecclesiasticam occasione solemnitatis, qua vigesimus Regni Constantiniani annus celebratus est, in publicum edidisse creditur. Chronicum ejus eodem tempore nempe anno 327. absolvitur; sunt Tabellæ Historiæ uni-

Pagi. an.
326. n. 12.

universalis a mundo condito per singulos annos continuata, estque præcipuum, quod habemus, studii Chronologici fundamentum.

Sæculum IV.
A. C. 330.

§. LXVI.

Leges latae contra Hæreticos.

Imperator, cum litem Arianorum finitam crederet, Legem contra alios hæreticos, nominatim Novatianos, Marcionitas, Paulinianistas, Cataphryges, seu Montanistas tulit, qua ad Sacrorum suorum exercitium aut in locis publicis, in quorum possessione erant, aut in privatis etiam ædibus convenire prohibentur. Mandat, ut loca, in quibus congregari solebant, ipsis ablata, vel Ecclesiæ Catholicæ dentur, vel utilitati publicæ addicantur. In libros quoque eorum inquiri jubet, unde detectum, plures eorum veneficii crimine esse infames. Horum Duces fuga abstulit, Sectatores autem eorum magno numero ad Ecclesiæ sinum redire, alii quidem mala fide, & ad tempus perfidiam dissimulantes, alii sincere pœnitentes. Hos sollicite Episcopi discernabant, & rejectis hypocritis, post multam probationem alios recipiebant. Qui, nulla hæresi infecti, solum schismatici erant, facile, dum redibant, ad Ecclesiam admittebantur.

Circumcell. Euf. III. c. 64

Ibid. c. 65.

Ibid. c. 66.

In

Sæculum IV.

A. C. 330.

Sozom. II.

c. 32.

In hac Lege nulla Arianorum mentione, quia a corpore Ecclesiæ necdum manifeste separati erant, privatim super Doctrina disputabant, sed in Ecclesiam Catholicis permixti ibant. Antiquiores hæretici in Lege ista nominati, maxima ex parte extirpati sunt. Sub Imperatoribus Ethnicis eadem docendi, & conveniendi libertate, ac Catholici fruebantur, nulla quippe apud Paganos Christianorum erat distinctio, qui æque omnes contemnebant, & persequebantur quicumque Christianorum nomen gererent; at post latam hanc Legem nec publice nec privatim convenire audebant Episcopis, & Clericis eos ubique locorum observantibus. Itaque, qui obstinati durabant, tandem nullis Doctrinæ suæ relicti Sectatoribus decesserunt, nec illæ Sectæ unquam numero valere, cum valde absonam traderent Doctrinam, & ob perverstatem auctorum suorum suspectam. Novatianorum apparens rigor aliquanto longiorem ætatem tulit, & Montanistæ adhucdum in Phrygia, unde ortum traxerant, viscebantur.

*L. 7. Cod.
Theod. de
Episc. L.
XVI. & ibi.
Gothofred.*

Donatistæ circa id tempus apertius tumultuari cœpere; ipsi ansam dedisse creduntur ferendæ legi, & ad Valentinum Numidiæ Consularem missæ quinta Febr. anno 330. qua Constantinus jubet, Lectores, Subdiaconos, aliosque Clericos,

s. SYL

cos,
onera
& in
gaud
ticis
Presb
mino
ferun
ginen
audac
tus,
Clien
Præfe
rem t
lo et
cume
ctos a
diripe
matin
& cor
Justit
vitis
no gr
tare c
la in
curru
ante
pedip
domi
pui d
ipso
rum
cos,
Hist

cos, quos hæretici ad subeunda civitatis onera publica cogebant, exemptos esse, & integra immunitate, sicut in Oriente gaudere; quippe cum nullus esset hæreticis prætextus id juris Episcopis, & Presbyteris denegandi, saltem Clericos minores vexabant. Ad idem tempus referuntur Donati Anti-Episcopi Carthaginensis initia, qui suos prædecessores audacia superavit; tanta insolentia elatus, ut cum de schismaticis loqueretur, Clientes suos dicere auderet. Provinciæ Præfectos spernebat, & neminem superiorem se in terris agnoscere videbatur. Illo etiam tempore inter Donatistas Circumcelliones extitisse verosimile, ita dictos a cellis, seu tuguriis rusticorum, quæ diripere solebant. Horum labor erat, turmatim, & furiosorum instar per oppida, & compita cum armis discurrere (se enim Justitiæ defensores jactabant) servos invitatis Dominis libertate donare, ære alieno gravatos absolvere, & mortem intentare creditoribus, nisi acquiescerent. Nulla in viis publicis securitas, ubi Dominos, curru vectos, descendere cogebant, & ante proprios servos in curru sedentes, pedibus præcurrere. Jam nemo tutus domi suæ degebat. Factiosorum præcipui duo erant Maxida, & Fasir, qui se ipsos pulcherrimo nomine Duces Sanctorum dicebant. Ipsi horum grassatorum

Sæculum IV.
A. C. 330.

Hier. in Chron.

Optat. l. 3.

Aug. I. cont.

Gaud. c. 28.

in fin.

Hist. Eccles. Tom. III.

T

Epis-

Sæculum IV. Episcopi tantum furorem damnare coacti
 A. C. 330. Comiti Taurino scripsere, jam se componendis factiosis pares non esse, ipse, possset, eorum ferociam compesceret. immissis copiis apud quemdam locum Octavensem dictum multos occidit, Donatistis postmodum pro Martyribus cultos. Alterius quoque generis Martyres erant, quos ipsi venerabantur, scilicet cet, qui se in præcipitium desiliendo, alio modo sibimetipsis illata vi intererant; nam hujusmodi crudelitatem eorum Sectarii Religionis zelum vocabantur & Idololatrarum tempore quidam ea infania laborabant, ut eos ad se interficiendos concitaverint.

Lib. 2. Cod. Theod. de Jud. lib. XVI.

Eodem anno lata est lex, Judæis servanda, qua Patriarchis, & Senioribus exemptio ab omnibus oneribus personarum, & civilibus confirmatur, ne a functionibus distrahantur. Alia lex anni sequentis immunitatem ab omnibus oneribus corporaliter præstandis, illis omnibus, qui Synagogis serviebant, concedit.

Lib. 4. ib.

§. XLVII.

*Calumnice in S. Athanasium.
 Arsenius.*

Athan. ap. p. 781. Interim S. Athanasii adversarii virum calumniis impetere non cessabant. Ver-

terem querelam adversus Presbyterum Macarium renovabant, quod in Mareotide Ægypti Provincia in domo cujusdam Ischyrae, quem Presbyterum dicebant, calicem confregerit; ajebant, Ischyra S. Sacrificium offerente, Macarium jussu Episcopi Athanasii intrasse, evertisse altare, calicem fregisse, & pessime habuisse Ischyram. Contra S. Athanasium ipsum calumniam multo atrociorē confinxerunt; quippe accusabant eum, quod Arsenium Episcopum Hypselensem Meletianum in Thebaide occidisset, addebantque, ei manum dextram abscidisse, qua ad usus magicos abuteretur. Et quidem Arsenius subito disparuerat, Meletiani autem dextram hominis aridam, quam in capsula circumferebant, omnibus ostendebant, dicentes esse manum Arsenii, dolebantque cum lacrymis, quod ipsum corpus ita fuisset occultatum, ut invenire non possent. Principalis ludicrae scenæ actor erat Joannes Arcaph, Meletianorum caput. Immanis accusatio usque ad Imperatoris thronum delata est, cui etiam abscissa dextra exhibita. Imperator scripsit Antiochiam ad Censorem Dalmatium fratrem suum, jubens, in rei veritatem inquireret. Dalmatius accepto mandato, Athanasio scriptis litteris diem dicit, qua compareat, & tantæ accusationi respondeat.

Sæculum IV.
A. C. 330.

Socr. I. c.
26. Theod.
I. c. 30.

Athan. ap.
p. 782.

T 2

S. Atha-

Sæculum IV. S. Athanasius, qui, bonæ conscientie
 A. C. 330. testimonio tutus, hucusque calumniarum
 contempserat, ubi Imperatorem illa
 accusatione commoveri advertit, serio
 ea depellenda cœpit cogitare. Ad Episcopos
 Ægypti scripsit, ut resciret, ubi
 nam terrarum Arsenius degeret, quem
 annis quinque vel sex non viderat, unum
 que suorum Diaconorum misit eum inve-
 stigaturum. Quæsivit Diaconus tam
 diligenti diligentia, ut Arsenium in Monasterio
 Ptemencyrcensi territorii Anteopolitano
 in Thebaide latere comperiret; proci-
 illuc cum quibusdam aliis se contulit, sed
 jam fuga proreptum non invenit; nam
 Pinessius Presbyter, & Monasterii Superio-
 rior eum cum Monacho, nomine Elia, in
 vigilio imposuerat, secundo Nilo in inferio-
 rem Ægyptum transvehendum. Diaconus,
 elapso Arsenio, Pinessio Presbytero,
 & Eliæ monacho manus injici jubet, &
 Alexandriam deduci, ubi Duci Provinciae
 erat is militum Tribunus, sistuntur, atque
 Arsenium apud se occultatum fuisse, &
 vivere confitentur. Illico hæc omnia
 Pinessius ad Joannem Arcaphium per-
 scripsit, ne ultra obstinatione inutili Atha-
 nasium homicidii accusaret, cum totum
 Ægypto notum esset, Arsenium vivere;
 hæc ipsa epistola in S. Athanasii manus
 incidit.

*Athan. ap.
 p. 784.*

Sed nihil actum videbatur, nisi sistere Sæculum IV.
A. C. 330.
 retur Arsenius; is Alexandria excedens Tyrum concesserat. Cum quidam familiares Consularis Archelai in caupona alios inter se colloquentes dicere audirent, Arsenium in certa domo occultari, notatis his personis, id ad Dominum suum referunt; protinus Arsenius quæritur, invenitur, & custoditur, atque hujus rei Consularis Athanasium certiore fecit. Ipse deprehensus negabat se Arsenium esse, donec coram Paulo Episcopo Tyriensi, qui eum a multo tempore noverat, Athanas. ap.
p. 783.
 judicialiter comparere coactus fuerit. Er-
 go S. Athanasius ad Imperatorem scripsit, S. Athana-
sius.
 epistolam ferente Diacono, nomine Marcario, qua omnia, sicut contigerant, referebat. Imperator ad Dalmatium scripsit; ulterioribus inquisitionibus abste-
 neat, & Eusebianis Antiochiæ congregatis imperavit, ad suas quisque Ecclesias reverterentur. Ad S. Athanasium vero epistolam dedit, ubi summa cum indignatione Meletianorum imposturas damnat, jubetque, ut ea sæpius populo prælegatur; adjungit; nisi obtrectatores peccare desinant, se jam non amplius legibus Ecclesiæ mansuetudine præcipuis, sed civilibus in eos animadversurum, nec per constitutos, sed per se ipsum judicaturum. Tunc quidem Meletiani hoc fulmine percussi quieverunt; ipse Arsenius nomine

Sæculum IV. totius sui Cleri Hypselenfis ad S. Athanasium scripsit, ejusque communionem

A. C. 330.

Athanas. ap.
p. 786.

gavit, obedientiam ei juxta Canones tamquam suo Metropolitanò promittens.

Annus quoque, Meletianorum caput, pacem, & amicitiam S. Athanasii postulare, & per epistolam hanc reconciliationem

Imperatori notam fecit, quæ Principibus optimum tanto perfudit gaudio, ut mandaret, Joannem vecturis publicis ad

Ap. Athanas.
p. 787.

venire, propius benevolentiam Cæsaris pignoribus exornandum. Ita tunc quædam Arsenii causa sopita est.

§. XLVIII.

Concilium Tyriense.

Verum Eusebius, & suæ factionis fortiter nequitiam a proposito deterreri potuerunt; rursus itaque quosdam Meletianorum subornatos ad Imperatorem deducunt, accusationes vagas enormium criminum adversus Athanasium deferunt;

Sozom. II.
c. 26.

Theod. I.
c. 28.

& tandem Imperatoris animum ad convocandum Concilium permovent; hoc cum Concilio celebrando Cæsaream in Palæstina, quod Eusebius illius urbis Episcopus inter factionis eorum Principes esset, eligere placuit. S. Athanasius noluit illuc se conferre, sciens huic conventui maxime necessariam libertatem defensuram. Interim triginta menses elapsi sunt.

id est, anni duo, & dimidius ex quo Con-
 cilium anno 331. convocatum, usque ad
 annum 334. tunc vero Eusebiani de Atha-
 nassii contumacia conquesti apud Cæsa-
 rem, superbiam, & tyrannidem viri ex-
 tollebant. Subirato Imperatori mens si-
 nistra de Athanasio injecta est; locum
 Concilii alium designat, jubetque Episco-
 pos Tyrum venire. Annus agebatur a
 reparata salute 335. Imperii Constantini
 trigesimus. Constantio, & Albino Con-
 sulibus. Convocandi Concilii causæ præ-
 texebantur necessaria divisorum Episco-
 porum reconciliatio, & pax Ecclesiæ red-
 denda. Imperatori etiam pergratum ac-
 cidebat, maximum Episcoporum nume-
 rum in Palæstinam congregare, ut Dedi-
 catio Ecclesiæ Jerosolymitanæ, quam ad
 perfectionem deduxerat, redderetur au-
 gustior; Eusebianorum improba solertia
 tamen effectum, ut nullos alios, præter-
 quam ab ipsis nominatos Episcopos ad
 Concilium vocaret, mitteretque Comi-
 tem, cujus auctoritate ipsi defenderentur,
 causati, id ad servandum ordinem, & aver-
 tendum tumultum necessarium esse. Co-
 mes iste fuit Flavius Dionysius, olim Con-
 sularis Phœniciæ, cujus Provinciæ caput
 est Tyrus. Amplissimus erat Conventus,
 cum advenissent Episcopi ex omnibus
 Ægypti partibus, ex Lybia, Asia, Bithy-
 nia, omnibus Orientis Provinciis; ex Ma-

Sæculum IV.
 A. C. 335.

v. Pagi an.
 332. n. 2.

Euseb. IV.

vit. c. 41. 42.

Socr. I. 28.

Epiph. hæc.
 60.

Sæculum IV. cedonia, Pannonia, ut plurimum autem
 A. C. 335. omnes Ariani. Inter hos Episcopos celeberrimi erant duo Eusebii. Pacillus, ac Flaccillus Antiochenus. Theognis Nicænus. Maris Calcedonensis. Narcissus Neroniadenus. Theodorus Perinthius seu Heracleensis, vir eruditissimus, qui scripsit commentarios in Evangelia S. Matthæi, & S. Joannis, in S. Paulum, & in Psalmos, dictione clara, & eleganti; summum historicum maxime explanabat. Accesserunt quoque Patrophilus Scytopolitænus. Theophilus. Ursacius Singidoneus, & Valens Mursellensis ex Pannonia. hi duo ex primis Arii Discipulis erant. Macedonius Mopsuestenus. Georgius Laodicensus. Aderant quoque nonnulli Episcopi, quibus nulla cum Arianis societas, qualis Maximus Jerosolymitanus, S. Marci Successor; Maximus in Persecutione Maximiani passus fuerat pro fide, ad metalla damnatus, effosso dextro oculo, & uno poplite adusto, quod pluribus aliis Confessoribus factum. Marcellus Ancyranus, & Alexander Theffalonicensis huic etiam Concilio interfuere. Asclepas Gazensis quoque cum quibusdam aliis, qui circa fidem errores fovere dicebantur. Sexaginta omnino Episcopi numerabantur absque Ægyptiis, qui tardius venerunt, quia S. Athanasius, quamdiu potuit, adesse recusavit.

Theod. II. c. 3. Hier. de Script.

Ruf. I. c. 17. Theod. II. c. 26.

Socr. I. c. 28.

Non

Non enim ignorabat, Flaccillum Ad-Sæculum IV.
 versarium suum, quod esset Episcopus A. C. 335.
 Antiochenus, & totius Orientis Metro-
 politanus, in hoc Concilio præsidere; Synod. Al.
 sciebat, Magistratus Sæculares, Palæsti-
 apol. 2. p.
 næ Rectorem, Archelaum Comitem Ori-
 728.
 entis, præsertim Comitem Dionysium,
 cui hoc a Regia expressius commissum,
 satellitibus, apparitoribus, & armatis sti-
 patum interesse. Quidam ergastularius,
 portam custodiebat, quod officii genus
 Diaconis competeat, sicut etiam Epis-
 ibid. p. 788.
 copos Concilium ingredientibus deduce-
 Concilium
 re. Presbyter Macarius vinculis onu-
 Tyriense.
 stus Alexandria ad Concilium a mili-
 tibus pertractus est; S. Athanasio ve-
 nire tergiversanti, litteræ Imperatoris
 allatæ sunt, minis plenæ; nisi obediret,
 injecta vi ad Concilium esse rapiendum;
 alia Epistola nobis adhucdum superest ad
 ap. Euf. IV.
 ipsum Concilium data, continens commi-
 vit. c. 42.
 nationem; exilio puniendos, qui compa-
 rere renuerent. S. Athanasius denique
 accessit, ut inimicis suis occasionem se-
 calumniandi apud Imperatorem subtra-
 heret, dicendique, eum venire non au-
 dere propter criminum conscientiam.
 Quadraginta novem ex Ægypto Episco-
 pos secum ad Concilium adduxit, quos
 inter illustrissimi Confessores Paphnu-
 cius, & Potamon visebantur.

Non T 5 S. Atha-

Sæculum IV.

A. C. 335.

S. Athanasius, Concilium ingressus, tamquam accusatus, & reus coram iudicibus suis stare iussus est, aliis sedentibus; Porro non hujus rei indignitate ita motus est, ut non temperaret a lachrymis, tumque conversus ad Eusebium Cæsariensem

Epiph. hæc. 68. *Synodica Athan. ap. apol. p. 718.* *ta voce, tu vero Eusebi!* inquit: *stantem Athanasium judicaturus, & innocentem? quis insolentiam ferat!* *edidisti nonne tu mecum in Persecutione in eodem carcere eras? ego jacturam unius oculi passus sum! dum te hic videmus sanum, & integrum; quomodo te vinculis liberari potuisti sine scelere?* Mox Eusebius

Ruf. I. c. 4.

conspicere, & ex Concilio discedere dicens: *si hoc in loco tanta tyrannide agitis, quomodo non inter vestros facietis? & si in hoc amplissimo Concilio in nos Episcopos inveniendi inveni audetis, quis dubitet, vera esse, quae a vestris accusatores vestri afferunt?* Paphnutius quoque Maximum Jerosolymitanum alloquens, & per medium cœtum transiens, prehensa manu ejus, dixit: *cum eadem oculum stigmata tecum portem, & uterque oculum pro Jesu Christo perdidimus, in Concilio impiorum hic assidere non potior;* tum e Concilio eductum, omnem conspirationis ordinem, quam nesciebat, edocuit, persuasitque, ut nunquam a S. Athanasii communione recederet. Alii quoque Ægypti Episcopi constanter negabant, apertos Archiepiscopi sui hostes

posse ejus judices esse, nominatim recu-
 sabant duos Eusebios, Narcissum, Flaccil-
 lum, Theognin, Marin, Theodorum, Pa-
 trophilum, Theophilum, Macedonium,
 Georgium, Ursacium, & Valentem. Eu-
 sebio Cæsariensi apostasiam objiciebant;
 & Georgio Laodicensi, quod a S. Alexan-
 dro fuisset depositus. Sed hæc omnia
 non audiebantur.

§. XLIX.

*Accusationes contra S. Athanasium.
 Ischyras.*

Primo S. Athanasii inimici ordinationem
 ejus impugnantes, dicebant: *omnes III. c. 11.*
Ægypti Episcopi consenserant, novum Sozom. II.
Episcopum Alexandria non ordinare, an- c. 17. c. 25.
tequam dissensionum causæ essent sublata, ap. Athan.
eorum vero septem juramentum suum vio- p. 726.
larunt, ut Athanasium eligerent, hæc cau- Ep. Pseudo-
sa est, quod ab ejus communione nos sepa- Syn. Sard.
ravimus. Ipse vero jure destitutus, vim ap. Hilar.
adhibuit, & sibi adversantes carceri man- frag.
cipavit. Præterea civibus suis summam Sozom. II.
c. 25.
 vim intulisse ad festa Paschalia accusaba-
 tur & Comitibus incinctus processisse,
 quorum auctoritate populus ad commu-
 nicandum cum eo coactus fuisset, nolen-
 tes enim aliorum captivitate, aliorum ver-
 beribus, flagris, & tormentis terruisse.
 Legebatur quoddam actum, quo refereba-
 tur,

Sæculum IV. tur, populum metu ipsius non audere, at
A. C. 335. conventus Ecclesiæ accedere; at istud
 actum, sicut & aliæ accusationes solum
 modo a Meletianis, Colluthianis, & Ari
 nis erat fabricatum; nemini centum
 Episcoporum, tot enim omnino Alexan
 drinam Ecclesiam Metropolim suam ve
 nerabantur, quidquam causæ erat, cur de
 S. Athanasio quereretur; tacebant omnes
 & inter Catholicos Ægyptios universim
 sive Presbyteros, sive Laicos nullus erat
 cui non Athanasii vita probaretur.

Majori adhuc strepitu in hoc Conci
 lio accusationem de Ischyra, & confra
 cto calice urgebant. Rem accusatores
 ita referebant; in illa Ægypti Regione
 quæ Mareotis dicitur prope Alexandriam
 Presbyter, nomine Ischyras pagum, Se
 contarurensis pacem dictum, regebat;
 Athanasius Mareotidis Ecclesias visitans,
 & Ischyram interdicturus, illuc misit Pres
 byterum Macarium, qui, Ischyra ad al
 tare stante, & Sacrificium offerente, ad
 venit, intrat Macarius vi adhibita, cali
 cem frangit, altare comminuit, SS. My
 steria in terram effundit, comburit sacros
 libros, cathedram Sacerdotalem subver
 tit, & Ecclesiam a fundamentis demoli
 tur. Præter hæc Athanasius Ischyram
 sæpius ad Hyginum Ægypti Rectorem de
 tulit, falso accusans, quod lapides in sta
 tuam Imperatoris jecisset, quo factum
 ut

Sozom. ib.

ut innocens in carcerem mitteretur. Rur-
sus Callinicum Episcopum Catholicum
Pelusinum deposuit, quocum Alexander
communicaverat, & causa depositionis
hæc est, quod Callinicus cum Athanasio
communicare renuat, nisi prius verita-
tem in causa confracti calicis confiteatur;
Loco Callinici Athanasius Ecclesiæ Pelu-
sinæ Presbyterum, nomine Marcum, an-
tea depositum præfecit. Interim Calli-
nicus a militibus custodiebatur, ad Judi-
cum tribunal producebatur, & probrose
vapulabat. Quinque alii Episcopi ex par-
te Joannis Meletiani, nempe Euplus, Pa-
comius, Isaac, Achilles, & Hermeon se
ab Athanasio sine modo verberibus exce-
ptos, querebantur.

Ad hæc S. Athanasius respondebat: *Apol. 2. p.*
Ischyras nunquam fuit Presbyter, & nul-
lam habuit Ecclesiam. Nunquam in Ec-
clesia Catholica ordinatus est, sed neque
apud Meletianos, cum in indice non inve-
niatur, quem, omnes Clericos communionis
sue continentem, Meletius Episcopo Ale-
xandro tradidit. Ischyras quidem a Col-
lutbo ordinatum se dicebat, sed dum Col-
lutbus in Concilio Alexandrino, quo Osius
venit, ad Ecclesiæ communionem rediit,
omnes ejus ordinationes declaratae sunt
nullae. Non multo post, cum in Mareoti-
de Ecclesias visitarem, a Presbytero, qui
pagum Secontarurenssem curabat, mihi re-
latum

Sæculum IV.
A. C. 335.

Sæculum IV. *latum est, Ischyram non cessare Presbyterii officio fungi, quamvis non plures, quam septem homines in sua communione haberet, a qua ipsi Parentes ejus abstinebant.* loci Presbyterum cum Presbytero Macario qui in meo erat comitatu, nisi ut Ischyram ad me deducerent; ipsi invenerunt ægotantem, & in cubiculo suo jacentem dixeruntque Patri ejus, Filium suum nomine moneret, ne ultra in quamcunque sacerdotalem functionem se ingereret. Nihil aliud in hac visitatione factum. Di illa non solebant convenire Christiani, cum non esset Dominica; Ischyrae homini laica vasa sacra non erant; locus, in quo inventus est, erat domus privata, & locus, ubi cum suis conveniebat, erat parvum conclave, cujus Dominus erat Ision quidam pæpillus. Nihilominus Ischyras Meletianum junctus, jam antea semel nos, nempe Presbyterum Macarium, & me coram Imperatore Nicomediae accusavit, ipso autem non probante, Imperator hanc calumniam contempsit. Post hæc ipse Ischyras, parentum suorum monitis, & propriæ conscientia stimulis agitatus, venit ad me largissimè lacrymas fundens, & ad meos pedes prostratus, communionem rogavit. Præterea dedit mihi scriptam declarationem, manu sua signatam, qua testatur, non motu proprio se contra me egisse, sed trium Episcoporum Meletianorum Isaaci, Heraclidis, &

Isaaci

Isaaci Letiensis suggestione, nec prius id fecisse, quam ab ipsis acerbis verberibus fuisset compulsus; præter hæc omnia edicit, totam accusationem esse confictam, nullum calicem confractum, nullum altare subversum. Hoc scriptum ab Ischyra signatum est, & datum in præsentia sex Presbyterorum, & septem Diaconorum, qui nominantur; postquam hoc accepissem, non ideo tamen Ischyram Communione Ecclesiæ dignum iudicavi, eumque hodie cum Meletianis adversum me stare videtis. Hæc fuit Athanasii defensio.

§. I.

Delegatio in Mareotidem.

Adversis partibus hoc Ischyrae, & fracti calicis factum tam diversimode narrantibus, Eusebiani Comiti Dionysio persuaserunt, amplius in hanc rem esse inquirendum, ideoque in Mareotidem delegandos, qui in ipsis locis veritatem docerentur. S. Athanasius, & Episcopi Ægyptii dicebant, hanc profectionem fore inutilem, cum enim adversarii ejus jam a duobus vel tribus annis hanc in se accusationem meditarentur, accusatoribus suis ad conquirenda argumenta tempus utique non defuisse; si tamen hæc inquisitio ita necessaria judicaretur, petebant, ut saltem, qui mitterentur delegati,

Sæculum IV.
A. C. 335.

Sæculum IV. legati, suspecti non essent, aut qui me
 A. C. 335. to recusari possent. Æquum petere C
 miti videbantur, scripsit ergo ad Con
 lium, communi omnium consensu det
 minandos esse, qui ablegarentur; nihil
 Athan. ap. minus Eusebiani secreto conveniente
 p. 740. Episcopos sex Athanasio infensissimos el
 gere Theognin, Marin, Macedonium
 Theodorum, Ursacium, & Valentem
 jam ante dies quatuor Meletiani, qui Ty
 ri erant, quatuor ex suis in Ægyptum mi
 serant, haud dubitantes hanc delegatio
 nem locum habituram, & ipsa vesper
 curforem dimiserunt, suos monituros, ut
 Meletiani aliqui ex omnibus Ægypti par
 tibus in Mareotidem, ubi hæctenus nulli
 fuerant, convenirent, Colluthiani quo
 que, & Ariani advocarentur.

ibid. p. 795. Interim Eusebiani Tyri circumcurra
 bant, suum delegationis Decretum ad
 quemlibet Episcopum subscribendum de
 portantes; quod ubi Episcopi Ægypti
 viderunt, scripta protestatione, & ad
 omnes Episcopos directa, contradixe
 runt; in ea postquam Eusebianorum con
 spirationem, fraudes, & illatam innocen
 tibus vim exposuerunt, in conclusione
 Patres exhortantur; futurum Dei judi
 cium cogitent, cui de hac actione sua ra
 tionem reddituri essent, caverentque, ne
 quidquam facerent, quo iniqua Eusebia
 norum molimina promoverent. Alexan
 der

der Theſſalonicenſis de eadem cauſa ſcri-
 pſit ad Comitē Dionyſium in hunc mo-
 dum: *manifeſtam conſpirationem contra*
Athanaſium video, illos ipſos, quos recu-
ſeruit, ſtudioſe delegandos elegerunt, quam-
vis ſtatutum fuiſſet, communi omnium con-
ſilio eligendos, qui mittendi eſſent. Ca-
ve igitur ne quid præcociter fiat, & vitu-
peremur, quod in hac cauſa a via juſtitie
reſceſſerimus. Merito timendum, ne iſti
delegati, ſi Eccleſias a ſuis Episcopis, qui
hic morantur, deſtitutas percurrant, ter-
rorem, & ſeditionem toti Ægypto inve-
hant, ſunt enim Meletianis ex aſſe addicti.
 Comes Dionyſius hanc epiſtolam Eufe-
 bianis legendam tranſmiſit, adjungens Atha-
 naſio juſtam querendi cauſam fore, ſe-
 cum contra fas omne, & fraudulentē
 agi; ipſos quoque a bonis omnibus re-
 prehendendos, ſi in re tanta Alexandri
 ſuffragio privarentur; hunc Dionyſius
 tanta reverentia & affectu colebat, ut
 ipſum in hac epiſtola Dominum animæ
 ſuæ appellet. His omnibus nihil obſtan-
 tibus Eufebianorum factio vincebat, &
 Episcopos Ægyptii prævidentes, Diony-
 ſium adverſariorum improbitati ceſſu-
 rum, ſecundo ſcriptam proteſtationem
 tradiderunt, qua obſecrant, ne in hac
 cauſa ulterius progrediatur, ſed ipſi Im-
 peratori recognitionem reſervet. Omnia
 fruſtra. Iter ingreſſi ſunt delegati, au-
Hist. Eccles. Tom. III. U Etori-

Sæculum IV.

A. C. 335.

Athanas. 2.

apol. p. 798.

ibid. p. 799.

Sæculum IV. Auctoritate Concilii muniti, ferentes epistolam ad Philagrium Ægypti Præfectum militum quoque assumpto præsidio decedebantur.

§. LI.

*Continuatur Concilium Tyriense.
Arsenius.*

Ruf. I. 17. Tyri necdum calumniarum in S. Athanasium finis erat. Accusabatur Virginem Deo Sacram deflorasse; & cum *Theod. I. c. 30.* Episcopi essent congregati, in medio concilio apparuit fœmina exclamans, & tristissimam sortem deflens; se quidem virginitatis servandæ fuisse obstrictam, sed ab Episcopo Athanasio, quem hospitium excepisset, quantum posset, reluctantem fuisse violatam; sibi deinde quædam denique no dedisse, ut taceret. S. Athanasius de hac fraude præmonitus, refellendam calumniæ modum cum Timotheo Presbytero præparaverat; intrat ergo, & ad accusationem respondere iussus, tanquam se non tangeret, siluit, sed protinus respondens Timotheus, & ad mulierculam conversus, ait: *quid tibi vis? ego in domum tuam divertî, ego tibi vim intulî, ipsa proterve manu protensa, & digitis Timotheum monstrans, clamabat: tu male es, tu mihi pudorem rapuisti, sime tempus, & locum impudenti dicacitate enarrabat.* Ad hanc scenam plerisque præfatus

præsentium risus excussus est, cum cer-
nerent, male adornatam fabulam tam
belle refutari; at infelicis doli auctores,
confusionem non ferentes, illico proca-
cem ejici jubent, quamquam opponeret
Athanasius, comprehendendam esse, &
nisi sponte fateretur, quæstioni subjicien-
dam, ut calumniatores proderet; iidem
prohibuerunt, ne accusatio ridicula actis
Concilii infereretur.

Sed tumultuantes exclamare cœpe-
runt, longe majora esse crimina, quæ exa-
mine indigerent, nec argutiis dilui pos-
sent, sed ubi sufficeret, oculos habere, ut
rei certitudo pateret. Tum vero cistu-
lam suam aperiunt, & aridam illam ma-
num expromunt, tamdiu in hunc finem
asservatam, dicentes: *Ecce jam, Atha-
nasi! hic est accusator tuus! ecce manum
Episcopi Arsenii dextram! tuum jam est
edicere, quomodo, & quare eam abscideris;*
hic confusus exoritur fremitus, omnes
attoniti exclamare, & indignari, alii qui-
dem contra Athanasium, cum accusatio-
ni fidem haberent, alii accusatoribus ira-
scebantur, quod scirent jam diu refuta-
tam esse fabulam. S. Athanasius, ubi tan-
dem utcunque silentium obtinuit, inter-
rogat; si qui adessent, qui Arsenium no-
vissent, ad hoc plures surrexerunt, dicen-
tes, Arsenium sibi in paucis notum fuisse.
Tunc Athanasius suorum domesticorum

U 2

unum

Sæculum IV
A. C. 335.

Sæculum IV. unum vocat, & virum nominat, quem
A C. 335. accersitum iret, & in medium Concilii
 adduceret; ubi advenit erecto capite, &
 aperto vultu in medio stetit, dixitque
 Athanasius eum toti cœtui ostendens
*an hic est Arsenius, quem ego occidi, &
 cui manum amputavi? vir ille, tandem
 quæsitus?* qui Arsenium de facie nove-
 rant, omnes obstupuere, hi quod mo-
 tuum crederent, alii, quod in locis re-
 motissimis absconditum putassent, cum
 ante hunc diem in Concilio visus non fu-
 isset. Ferunt aliqui eum ab Eusebianis
 in alia Regione fuisse detentum, sed cum
 rescisset Athanasium sui causa periclitari,
 noctu auffugisse, & ad eum impigre
 contulisse; ubicunque autem fuerit, se-
 creto Tyrum venit ad S. Athanasium, qui
 virum domi suæ occultavit in eam usque
 horam, qua accersitum in Concilio pro-
 duxit.

Arsenius. Arsenius ergo in Concilio stabat, pal-
 lio tectus, nec videbantur manus; Athana-
 nasius ex uno latere pallium levans, unam
 manum detexit, omnes, expectatione
 suspensi, curiose intendebant, an etiam
 alteram ostensurus esset, atque Athana-
 sius veste eum leniter attraxit, quasi mo-
 niturus, ut discederet, tum subito, ex al-
 tera etiam parte pallium tollens, alteram
 ejus manum ostendit, & ad totum Conci-
 lium sermonem convertens, ecce Arse-
 nium,

nium, inquit: *cum duabus manibus! nulli vestrum plures natura dedit, accusatoribus ergo meis incumbit, indicare, qua corporis parte tertia hujus viri manus hæserit, aut certe vestri muneris est, examinare, cujus corporis fuerit manus illa, quam vobis exhibent?* Ariani exclamare; Athanasium esse veneficum, præstigiis hominum oculos deludentem. Joannes Meletianus in isto tumultu loco egressus, affugit. Alii furiose in S. Athanasium insiliunt, atque haud dubie interfecturi erant, nisi Comes Archelaus, alique Imperatoris Officiales virum e manibus eorum eripuissent; nec aliud, ut vitæ securum præstarent, superfuit remedium, quam ut navigio impositum per nocturnas tenebras furtive dimitterent. Accusatores Athanasii, ut quamdam veritatis speciem obtrectationi illinerent, ajebant; aliquem Episcopum Athanasio subditum, nomine Plusianum, jussu ejus flammæ Arsenii ædibus iniecisse, ipsumque columnæ alligatum, & loris cæsum, quodam cubiculo inclusisse, unde Arsenius effugisset, hinc gravissimam fuisse suspicionem, ut mortuum crederent, atque necessarium, ut, quid ipso factum sit, inquirerent, esse enim virum illustrem, & Confessorem. Quod ad Magiæ crimen, S. Athanasio objectum, attinet, ut ut ridicula fuerit accusatio, nihilominus apud

U 3 eos,

Sæculum IV.
A. C. 335.

Sozom. II.
c. 25.

Sæculum IV. eos, qui eum non noverant, quales erant
 A. C. 335. Gentiles, fidem invenit, quippe Ammi-
 nus Marcellinus serio in sua Historia
 fert, Athanasium Divinationis, & magis
 guriorem artis habitum fuisse scientiffi-
 mum. At Christiani scientiam futuro-
 rum, quam possidebat, Gratia Divina
 attribuerunt.

*Amm. l. XV.
 c. 7. Sozom.
 IV. c. 9. in
 fine.*

§. LII.

*Inquisitio in Mareotide. Pro-
 stationes.*

*Athan. 2.
 Apol. p. 790.
 Epist. Julii.
 ibid. p. 746.
 747.*

Concilio Tyriensis delegati, ubi in Ægy-
 ptum pervenerunt, testimonia con-
 tra Athanasium in causa Ischyrae perque-
 rebant; Alexandriae Ægypti Praefectum
 adierunt, qui assumptis Ministris suis, &
 militibus iter cum ipsis in Mareotidem
 ingressus est; erat tunc Ægypti Prae-
 ctus Philagrius, ex Cappadocia ortus
 pessimæ vitæ homo, Paganus, & Apostata.
 Militibus quoque paganis imperabat.
 Delegati, quocumque irent, Ischyram se-
 cum deducebant, cum ipsis habitantem,
 & ad ipsorum mensam comessantem. In
 Mareotide Ischyrae domum pro hospitio
 sibi, & Curia delegerunt, ubi in reos in-
 quirerent. Nec Presbyteros urbis Ale-
 xandrinae, aut illos ex Regione Mareoti-
 dis, qui veritatem eos edocere promitte-
 bant, interrogarunt, sed Arianos, & Is-
 chyra

schyræ parentes loqui compulerunt; imo ^{Sæculum IV.} A. C. 335.
 Cathecumenorum, Judæorum, & Gen-
 tilium testimonia exquisierunt, quamvis
 de S. Sacrificio, & Mysteriis ageretur,
 quorum soli Christiani baptizati scientiam
 haberent, & pro illius temporis Disciplina,
 quæ in Ecclesia stricte observabatur,
 nequidem de illis loqui coram non bapti-
 zatis liceret. Inter hos testes aliqui sti-
 mulante Athanasio a Præfecto Quæstorum
 in loca ignota abstracti dicebantur, ita,
 ut ubi essent, nemo sciret, nihilominus
 præsentibus erant, & interrogati testimo-
 nia reddebant. Delegati non tantum
 testes, quos placuisset, seligebant, sed e-
 tiam minis, & Philagrii potentia terre-
 bant, signis, quæ responderent, suggere-
 bant, & qui obedire recusabant, a mi-
 litibus contumeliose vapulabant. Nihil-
 ominus ex his ipsis inquisitionibus con-
 tra jus, fasque omne institutis, appare-
 bat, Ischyram, decubuisse domi suæ ægro-
 tum, quando Macarius ad eum venit, non
 fuisse eam diem Dominicam, nec ullos
 libros igni traditos; hinc unicum acto-
 rum exemplum tradi sibi Delegati jusse-
 runt, nec illud sæpius describi passi sunt.

Clerici Ecclesiæ Catholicæ contra e-
 jusmodi inquisitionem scripto protestati
 sunt; Protestatio Clericorum ipsius ur-
 bis erat tenoris sequentis: *Episcopis, qui*
ex Tyro venerunt, scilicet Theogni, Mari,

U 4

Mace-

Sæculum IV. Macedonio, Theodoro, Ursacio, & Valenti, Presbyteri, & Diaconi Ecclesie

A. C. 335.

Concilium Tyriense.

Act. 25. 16.

Catholicæ Alexandrinæ sub Reverendissimo Episcopo Athanasio. Oportuisset cum hac venistis, Presbyterum Macarium vobiscum adducere, quemadmodum accusatorem ejus adduxistis, ita enim judiciorum ordo secundum SS. Scripturas exigit, ut actor cum reo compareat. Cum autem Macarium non adduxeritis, nos Reverendissimus noster Episcopus Athanasius vobiscum venerit, rogavimus vos, ut saltem nobis inquisitioni adesse liceret, quo major actis accederet auctoritas, iisque acquiescere possemus, id denegastis nobis, & soli cum Ægypti Prefecto, & accusatore agere voluistis, id declaramus, quod iste modus judicandi nobis sit suspectus, & vester adventus manifesta conspiratio videatur. Hanc igitur vobis damus Epistolam, testimonium coram legitimo Concilio futuram, & omnibus notum fiat, vos in alterius partis absentia, quodcunque placuit, fecisse, vobisque nihil aliud fuisse propositum, quam nos decipere. Hujus Epistolæ descriptum exemplum dedimus Palladio Imperatoris Curatori, ne eam superprimatis, ita enim mala fides vestra nobis perspecta est, ut nullatenus fidere vobis possimus. Actum istud Presbyteri

sed-

sedecim, & quinque Diaconi signaverant. Sæculum IV.
A. C. 335.

Similis etiam protestatio ab omnibus Presbyteris, & Diaconis Mareotidis ad Concilium Ecclesiæ Catholicæ directa est, ut veritatem sibi certo cognitam, manifestarent. In ea declarant, Ischyram nunquam Ecclesiæ Ministrorum numero fuisse adscriptum, nisi quod ipse quidem, a Collutho se ordinatum, dixisset, sed a tempore Concilii, quo Osius interfuit, in laicorum censu habitum fuisse; nunquam habuisse in Mareotide Ecclesiam, & quod de confracto calice Episcopo suo objiceretur, putidum esse mendacium. *Hæc autem, inquit: eo confidentius asserimus, quia Episcopi nostri individui comites fuimus, quotiescunque Mareotidem visitat, assistimus visitanti omnes, nunquam solus visitat, sed comites habet nos Presbyteros, Diaconos, & de populo plurimos. Delegati neminem ex toto populo Catholico invenerunt, qui malum dicere posset de Episcopo nostro. Nos vero rejecerunt, nec præsentem esse sustinuerunt, ne saltem testimonium ferre possimus, an testes, quos contra Episcopum producebant, Catholici essent, vel Ariani. Cupimus quidam omnes, ad vos ire, sed sufficere credidimus, si quosdam ex nostris cum his Epistolis mitteremus.* Actum i- Apol. 2. p.
794. Not.
Imper.
stud a quindecim Presbyteris, & quindecim

U 5

Sæculum IV. **A. C. 335.** decim Diaconis signatum. *Iidem Presbyteri, & Diaconi Mareotidis aliud actum ad Præfectum Philagrium, Palladium Curatorem, & Antonium Biarcum, Præfectorum Prætorii Centenarium miserunt; Curatores isti erant quidam Præpositi, in vecturas publicas, & generatim ea omnia, quæ servitium Imperatoris contingebant, intendentes; Biarco incumbebat, invigilare, ne unquam annonæ penuria esset. Ultimum istud Protestationis actum idem factum de Ischyra compendio continet, atque in epilogo hi Ministri Cæsaris, in Nomine Dei, Imperatoris, & Filiorum ejus adjurant, istam rem Imperatori denuntiare. Datum sub Consulatu Julii Constantii, & Rufini Albini decima Mensis Ægypti *Thot*, id est, septima Septembris anno 335.*

Athan. ap.
734.

Ubi Delegati Alexandriam redierunt, de eorum comitatu milites invidiosa crudelitate in quasdam Catholicas Virgines peccarunt, gladios in puellas strinxerunt, earum corpora flagris lacerata, aliquæ ita inhumaniter habitæ, ut omnino debiles, & membris captæ languerent; opifices paganorum, & faciem plebis in eas concitarunt, a quibus nudatæ, & caecæ sunt, simulque idololatræ minabantur, se eas ad altaria, & Idolorum sacrificia ducturos, nisi sacrificarent, occidendas;

unus

unus cœteris insolentior, manu prehen- Sæculum IV.
sam Virginem Deo consecratam, ad al- A. C. 335.
tare casu obvium traxit, quod persecu-
tionum tempore fieri consueverat; Vir-
gines aliæ fugere, & se occultare, Paga-
nis interim Religionem Christianam lu-
dibrio habentibus; imo talia in ipsa do-
mo fiebant, qua Episcopi hospitabantur,
ad eorum oblectationem, & risum, rur-
sus hæc die jejunii, & ab hominibus de
eorum mensa surgentibus.

§. LIII.

Concilii Tyriensis finis.

Delegati, Tyrum reversi, S. Athanasium Socr. I. c. 32.
ibi non invenerunt, postquam vero Soz. II. c. 25.
acta inquisitionis relata sunt, Eusebianis
motoribus depositionis sententia contra
eum lata est cum prohibitione, ne Ale-
xandriæ maneret, ejusque præsentia no-
vos tumultus excitaret. Plerique Epif-
coporum huic sententiæ subscripserunt,
quamvis essent, qui constanter recusave-
rint, & inter illos Marcellus Ancyranus.
Concilium scripsit ad Constantinum, &
depositionem Athanasii notam fecit, scri-
pserunt quoque ad omnes Episcopos, ne
eum ad communionem admitterent, lit-
teras ei nec scriberent, ne scriptas reci-
perent. Condemnationis ejus causam
ponebant; ipsum, postquam diu & fru-
stra

Sæculum IV. A. C. 335. Istra Cæsareæ fuisset expectatus, tandem
 Tyrum venisse valido præsidio stipatum
 ibi tumultum excitasse, noluisse respon-
 dere, iudices suos detrectasse, & multi-
 pliciter Episcopis iniurias irrogasse; ex inquisi-
 tione in Mareotide convictum esse, quod
 calicem confregerit, præter alia crimina
 quorum succincte mentionem faciebant,
 non omisso Arsenii parricidio, quamvis
 illius nomen inter illos, qui huic senten-
 tiæ subscripserant, legeretur.

Concilium, antequam sessionibus fini-
 nem faceret, Joannem Meletianum cum
 omnibus suis Sectatoribus ad Ecclesie
 communionem recepit, & suos singulos
 honores asseruit, tanquam hominibus
 injustam persecutionem passis. Ischyra
 nomen Episcopi dederunt, & ab Impe-
 ratore obtinuerunt, ut Quæstura in Æ-

Athan. 2. A-
pol. p. 802.

gypto Præfectus ei Ecclesiam Secontatu-
 ræ ædificare juberetur, quasi ad reparan-
 dum damnum Ecclesie illius, quam Atha-
 nasius destruxisse dicebatur, quamquam
 in illo loco nunquam vel Episcopus, vel
 Chor-Episcopus fuisset. Omnes Eccle-
 siæ in Mareotide Episcopo Alexandrino
 erant subjectæ, & decem ferme oppida
 grandiora numerabantur, quorum singu-
 lis Presbyter præerat, sed Ischyra pagus
 ita erat modicus, ut agrestes ad Eccle-
 siam vicini oppidi accederent. Hæc crea-
 tio Episcopatus sine populo antiquæ Tra-
 ditioni,

ditioni, & omnibus Canonibus repugna-
 bat; verum Eusebianis consultum non
 erat, Ischyrae causam irascendi dare, ne
 rei veritatem aperiret. Jamque in eo
 erant, ut opus suum perficerent, & A-
 rium ad Ecclesiae Communionem susci-
 perent, cum adsunt Epistolae Imperato-
 ris, quibus conventui finem facere, &
 cito Jerosolymam se conferre jubeban-
 tur, Ecclesiam ab Imperatore aedificatam
 dedicaturi. Hoc mandatum Marianus,
 Imperatoris Notarius, quod munus erat
 praecipuum, Episcopis attulit.

§. LIV.

Dedicatio Ecclesiae S. Sepulchri.

Tyro igitur profecti, curribus Cæsareis
 Jerosolymam delati sunt, ubi & alios
 invenerunt Episcopos, a Constantino ex
 omni parte, & magno numero illuc con-
 vocatos. Hinc frequentissimus fuit con-
 ventus, sed, quinam fuerint illi Episco-
 pi, praeter illos, qui Tyro advenerant,
 & quemdam Episcopum Persam, qui
 S. Miliesius Martyr fuisse creditur, non
 novimus. Populus multitudine innume-
 rabilis ex omnibus Imperii Provinciis
 confluxerat, insolitam Cæremoniam spe-
 ctaturus. Omnibus necessaria Impera-
 toris sumptibus praebantur, qui aulae
 suae Proceres, ut omnia ordinate proce-
 derent,

Sæculum IV.
 A. C. 325.

Eus. vit. IV.
 43.

Sæculum IV. derent, sub Mariano Præfecto curatur
A. C. 335. submiserat; is magnam pecuniæ vim
 & plurimas vestes in pauperes distribuit
 & Imperatoris Nomine pretiosa dona
 ornandæ novæ Ecclesiæ obtulit.

Eus. III. vit. S. Sepulchri caverna, cujus gratia
c. 24. 35. 36. tum ædificium fuerat excitatum, exte
Et. rius excellentis operis columnis, & ma
 gnifico ornatu erat decorata. Inde tra
 situs erat in spatiosam aream marmo
 stratam, & longis porticibus circumda
 tam a tribus Regionibus, nempe exce
 pta regione Orientis, qua assurgebat Ec
 clesia, quæ tam altitudine, quam longi
 tudine & latitudine omnium admiratio
 ne digna erat, intus diversi coloris mar
 more vestita, exterius exstructa lapide
 bus, ita politis, & æqua superficie jun
 ctis, ut pulcherrimi marmoris venusta
 tem referrent. Tectum erat ex plumbo
 intus laqueatum, & opere sculptili or
 natum, cui aurum superinductum, ocu
 lorum aciem fulgore hebetabat. Ad u
 trumque Ecclesiæ latus porticus duplicis
 contignationis inferior una, & altera su
 perior tollebantur, & Ecclesiæ longitu
 dinem æquabant, harum quoque forni
 ces auro splendebant; quæ Ecclesiæ cor
 pus contingebant, magnis columnis ful
 ciebantur, remotiores decoratis parafra
 sis nitebantur. Tres erant portæ ad O
 rientem, id est, ingredientiæ faciem ad

Orientem

Orientem vertebant; (*) intrantibus in eminentissima totius Ecclesiæ parte semicirculus obiciebatur duodecim columnis in honorem SS. Apostolorum coronatus, quarum capitella magnis ex argento vasibus decorabantur. Hic locus erat Presbyterium, seu Sanctuarium, in cuius medio altare erigebatur.

Sæculum IV.
A. C. 335.

Ex Ecclesia, & area, quam descripsimus, exeuntibus patebat vestibulum, similiter porticibus utroque ex latere cinctum, inde per portam, qua sola ad universa hæc ædificia erat aditus, ad forum rerum venalitiarum exhibatur; huic quoque vestibulo sua erant ornamenta, quæ vero intus conspiciebantur, transeuntes in stuporem rapiebant. Talis fuit Ecclesia S. Sepulchri, Eusebio, qui Dedicationi adfuit, referente; adjungit; Imperatorem munificentia Regia innumera vasa aurea, & argentea unionibus distincta huic Ecclesiæ dono dedisse. Cæterum, qui hodie sacra Loca visitant, frustra tantæ magnificentiæ vestigia quærent, sæpius

Theoph. p.

252.

Chr. Pasch.

inf. Lib.

XXXVIII.

n. I.

(*) Ad hunc locum P. Balduinus dicit, errare Fleurium, sed ingredientes facie ad Occidentem fuisse conversos, & erudite probat, pleraque antiquis temporibus templa ita fuisse posita, ut solis orientis radii in Portam majorem incidere. Sit error! at nulla mala fides.

Sæculum IV. sæpius enim hoc templum exinde de
 A. C. 335. structum, & reparatum; primo flammis
 vastatum a Persis anno 614. Imperator
 Heraclio, iterumque destructum anno
 1000. ab Azizio, vel filio ejus Califarum
 Fatimitarum aliquo, & ferme triginta post
 annis ab Imperatore Michaelē Papillio
 gone restauratum. Circa Ecclesiam
 Constantino ædificatam nova Civitas
 condita, quæ non nullis Jerusalem novam
 a Prophetis prædicta videbatur; hoc
 certum quod hæc nova in alio loco, quam
 illa antiqua steterit, extra quam sepulchrum,
 & mons Calvariæ fuerat situs
 Abhinc non amplius Ælia dicta est, no-

Sup. L. III. §. 24. men, quod ei Imperator Adrianus ante
 ferme ducentos annos dederat, sed præ-
 stino nomine Jerusalem vocabatur, atque
 exinde semper a Christianis peregrinis
 quos ex omnibus mundi partibus pietas
 attrahit, frequentatur.

Eus. IV. vit. §. 43. Durante Dedicationis festivitate, Episcopi
 populos variis pietatis exercitiis
 occupabant; hi Sacrificia incruenta, &
 preces offerebant pro Ecclesia, Imperatore,
 & filiis ejus. Qui scientia, & facultate
 præstabant, pro concione perorabant,
 sive ut, quæ de SS. Scripturis lecta erant,
 explicarent, & sensus Mysticos aperirent,
 sive sublimiorem Theologiam docerent,
 seu denique orationibus panegyricis Imperatoris
 virtutes exornarent, & suis de
 Scriptio

scriptionibus novæ Ecclesiæ magnificentiam extollerent; in hoc dicendi genere Eusebius Cæsariensis non ultimam laudem promeritus est. Hæc Dedicatio eodem tempore, quo Festum S. Crucis, nempe 13. Sept. anno 335 celebrata.

Sæculum IV.
A.C. 335.

§. LV.

Concilium Jerosolymitanum, in quo Arius recipitur.

Hæc quidem gesta exterius apparebant, *Socr. I. c. 25.*
at in Episcoporum conventu, quibus 26.

Concilium constabat, alia agebantur. Arius cum Epistola Imperatoris, & fidei Confessione, quam ei præsentaverat, advenit, quippe eum Imperator sæpius, ut ad se veniret, invitaverat, quod eum sin-

Soz. II. c. 27.

cere de erroribus suis doliturum speraret, & Alexandriam remittere vellet; tandem Constantinopolim cum Euzoio Diacono, secum a S. Alexandro Alexandrino deposito, se contulit, ibique ambo Libellum Imperatori obtulerunt hujus tenoris: *Constantino Domino nostro piissimo, & Deo dilectissimo, Arius, & Euzoius. Domine! fidem nostram tibi exponimus, & scripto coram Deo declaramus, nos, & qui nobiscum sunt, credere, quæ sequuntur: nempe in unum Deum Patrem omnipotentem; & Dominum nostrum Jesum Christum Filium ejus, de ipso pro-*

Hist. Eccles. Tom. III.

X du-

Sæculum IV. ductum ante omnia sæcula, Deum Verbo
A. C. 335. per quem omnia facta sunt in celo, &
 terra, qui descendit, incarnatus est, passus
 est, resurrexit, & ascendit in caelos, iterum
 venturus est judicare vivos, & mortuos; & in
 Spiritum Sanctum; & in vitam æternam, Regnum
 Cælorum; & in unam Dei Ecclesiam Catholicam
 extensam ab Oriente ad Occidentem. Hæc est
 fides quam ex SS. Scripturis hausimus, & in
 Domino dicit Discipulis suis: ite, docete omnes
 nationes, & baptizate eas in Nomine Patris, &
 Filii, & Spiritus Sancti. Si non ita credimus,
 & non agnoscimus Patrem, Filium, & Spiritum
 Sanctum, sicut Ecclesia Catholica, & SS. Scripturæ
 docent, quibus in omnibus fidem habemus, Deus
 nos in futuro iudicio puniat. Quare obrem
 supplicamus tibi, piissime Imperator! cum filii
 Ecclesiæ simus, & in eadem Ecclesiæ, & SS.
 Scripturarum sententiam agnoscimus, ut nos
 Ecclesiæ, Matri nostræ restituere jubeas, & omnes
 quæstiones, & omniaque superflua rescindi,
 sicque univèrsam Ecclesiæ pacem consuetas
 pro incolumitate tua, tuæque familiaritatis
 ad Cælum mittamus.

Hæc fidei formula Constantino Imperatori
 reprehensione digna visa est, parum
 attendens, vocem consubstantialis, aut
 quiv

quivalentem non inesse, sed econtra nomine generali verborum superfluum rejici, clausulamque istam, qua diceret Arius, & socii ejus, se secundum Scripturas credere, fallaciam esse, ut S. Scripturæ voces, Filio Dei divinitatem, æqualem Patri, clarissime asserentes, prout ipsis lubuisset, explicare possent. (*) Itaque credulus Imperator Arium, & Euzoium bona fide, ut ipse putabat, Decreta Concilii Nicæni amplexos esse, gavissus, neutiquam tamen sibi ipsi jus arrogavit, non expectato judicio eorum, quibus juxta Legem Ecclesiæ hæreticos examinare competebat, ad communionem eos recipiendi, sed ad Concilium Jerosolymitanum remisit, jubens, ut eorum fidei professionem perpenderent, & absolvent, si orthodoxos esse, & per invidiam accusatos appareret, aut si, legitime quidem condemnatos, jam seria poenitentia duci constaret. Episcopi ejus factionis læti occasionem, jam dudum exoptatam, arripuerunt, & Arium, Euzoiumque cum Presbyteris Sectatoribus eorum, & tota populi multitudine, quæ schismate Ariano ab Ecclesia fuerat separata, susceperunt.

X 2

Epi-

(*) Exemplum perantiquum contra Protestantes! Solam Sacram Scripturam ad solvendam de Fide Quæstionem absque testimonio Ecclesiæ non sufficere.

Sæculum IV.

A C. 335.

Concilium
Jerosolymi-
tanum.

Soer. I. c. 33.

Soz. II. c. 27.

Sæculum IV.

A. C. 335.

*Athan. de
Syn. p. 890.**Soz. II. c. 33.
Socr. I. 36.*

Epistola Synodalis ad Ecclesiam Alexandrinam, Episcopos Ægypti, Thebædis, Lybiæ, & Pentapolis, & generatim omnes Episcopos, Presbyteros, & Diaconos totius mundi directa erat; Summo gaudio affecti sumus, inqueiebant, *Epistolis, quas Imperator ad nos scripsit, exhortans nos, ut ab Ecclesia Dei incediam, qua effectum, ut membra JESU Christi tanto tempore a reliquis fuerunt separata, eliminemus, & in Charitatis visceribus, eos, qui Arium secuti sunt, recipiamus.* Imperator testatur, *puram esse fidem eorum, quam optime novit non ex aliorum relationibus, sed ex ipsorum ore, & quod hujus fidei professionem scriptam legerit; hanc ad calcem Epistolarum ad nos misit, eamque esse orthodoxam & Ecclesiæ Doctrinæ consentaneam cognovimus.* Nulli dubitamus, hanc conciliationem vos tenerrimo lætitiæ sensu repleturam, dum fratres vestros, Fratres, & viscera vestra recipietis, non solummodo de Presbyteris, qui cum Ario senserunt, hic agitur, sed de omni populo ipsius causa a vestra Communionem avulso; cum igitur dubitare jam non possitis, quin a S. Concilio recepti sint, vos in Spiritu pacis eos recipite, eoque libentius, quod ex eorum fidei professione clare dispiciatur, eos Traditionem, & Doctrinam Apostolicam, universim ab omni-

bus receptam, tenere. Marcellus Episcopus Ancyranus, Galatiæ Metropolitanus, huic Concilio non interfuit, quod in receptione Arii nullam partem habere vellet; Ariani, ut compareret, citarunt, insimulantes eum, quod errores circa fidem scripisset, in libro, quem ad refutanda scripta Sophistæ Asterii, fervidi Ariatorum Sectatoris, composuerat; dum huic accusationi intenti sunt, improvise Imperatoris Imperio Constantinopolim vocantur, ut de sententia in S. Athanasium lata rationem redderent.

Sæculum IV.
A. C. 335.

§. LVI.

S. Athanasii exceptio coram Imperatore. Exilium ejus.

Sanctus Athanasius Tyro auffugiens Constantinopolim concessit, cumque Imperator equo vectus urbem intraret, derepente in media platea cum quibusdam sociis obvium se dedit; Constantinus, cui nihil minus in mentem venire poterat, quam Athanasium jam esse Constantinopoli, subito occursum in admirationem raptus, nec eum agnoscens, interrogat, quis esset? aliqui ex Cæsaris comitatu eidem viri, olim noti, memoriam refricarunt, quantam injuriam passus esset, referentes; Athanasius audiri, si Cæsari opportunum esset, rogabat,

Socr. I. c. 32.
34. Sozom.
II. c. 28.
Athanas. Apol.
2. p. 804.

X 3

quod

Sæculum IV. quod ille recusavit, nolens cum viro,
 A. C. 335 Concilio Episcoporum condemnato, com-

Epiph. hæc.
 68. n. 8.

municare, parumque abfuit, quin a conspectu repelli juberet; Tum vero S. Athanasius, *Deus, inquit, inter me, & te judicabit, quia calumniantibus me non jungeris; & audacter instabat; nullam aliam se petere gratiam, quam ut illis, quibus condemnatus esset, comparari juberentur, & ipse se coram Cæsare defenderet.* Tunc æqua postulare Imperatori visus est, & regulis, quas sibi semper servandas proposuerat, conformiter igitur omnes Episcopos, antea Tyri congregatos, Constantinopolim advocat, ubi eorum omnium, quæ ibi gesta erant, rationem redderent, namque plurima contra legitimum ordinem, & non sine tumultu acta dicebantur. Ubi hæc Cæsaris litteræ Jerosolymæ Episcopis redditæ, nequaquam omnes simul Constantinopolim ire ausi sunt, quod tamen expresse jubebatur, sed Eusebianorum solertia statutum, ut non plures sex delegatis proficiscerentur ad Cæsarem, nempe duo Eusebii, Theognis, Patrophilus, Ursacius, & Valens. Reliqui ad suas Ecclesias redierunt.

Delegati Constantinopolim advenientes, nihil amplius de calice, nihil de Arsenio, sed novam calumniam excogitarunt, Athanasium auditum fuisse in-

nantem,

nantem, effecturum se, ne imposterum
 frumentum Alexandria Constantinopo-
 lim transveheretur; illico Imperator ira-
 cundia exardens, terribilibus minis in A-
 thanasium erupit, nihil enim æque ipsi
 cordi erat, ac urbis suæ Constantinopo-
 lis magnificentia, de qua actum erat, si
 comneatus ex Ægypto occluderentur.
 Ob hujusmodi delicti suspicionem Philo-
 sophum Sopatrum capite multaverat,
 antea sibi dilectissimum. Hanc accusa-
 tionem, & Imperatoris minas quinque
 Episcopi Ægyptii præsentibus audierunt,
 Athanasii Comites, nempe Adamantius,
 Anubianus, Agathammon, Arbethion, &
 Petrus. Athanasius ingemiscens, falsam
 esse accusationem protestabatur, unde e-
 nim, aiebat: *mibi homini privato, & pau-*
peri tanta potestas? At Eusebius Nico-
 mediensis publice calumniam propugna-
 bat, quam ut redderet verisimiliorem,
 Athanasium esse virum divitem, poten-
 tem, & tanto molimini non imparem ju-
 rejurando affirmabat. His ergo Episco-
 pis facilis Imperator fidem habuit, cum
 hos versipelles bona fide agere crederet,
 multumque suæ clementiæ tribuebat,
 quod Athanasium supplicio capitali non
 tolleret, sed pœna mitiori Treviris, illa
 tempestate Galliarum metropoli, exulare
 juberet. Nihilominus S. Athanasius Con-
 stantinum excusat, fateturque minus id

Sæculum IV.
A. C. 335.

Athan. 2.
Apol. p. 805.
Syn. Alex.
ib. p. 729-730

S. Athanasius

Theod. I. 30.

Apol. 2. pag.
808.

X 4 factum

Sæculum IV. factum puniendi animo, quam ut se inimicorum furori eriperet. Eusebiani Imperatorem permoverunt, ut cum eo quatuor Presbyteri Alexandrini proscriverentur, & alium Episcopum in S. Athanasii Sedem intrudere voluerunt, illum vero, quem ipsi suggerebant, mittere Imperator renuit, & cum instarent, tanta commotione respondit, ut a proposito deterriti, quiescerent.

Athan. Apol.
2. 740. ad
Solit. 844.

S. Athanasius Treviros pervenit initio mensis Februarii, anno 336. erat una ista primæ Provinciæ Belgicæ caput, & ordinaria Præfectorum, aut etiam Imperatorum, quodocunque in Galliis morerentur, sedes, locus nempe ad repellendam Germanorum vim opportunus, cuius in Romanorum terras irrumpere nunquam non moliebantur. Episcopus Trevirensis tunc erat Maximinus, fidei puritate, morum sanctitate, & miraculis illusterrimus, nobili stirpe natus Pictaviensi, cui urbi frater ejus Maxentius Episcopus præerat; ipse, sicut plures alii, Treviros venit, Episcopi Agritii famam secutus, ubi sub ejus Disciplina educatus, & ad functiones Ecclesiasticas vocatus, eo deinde defuncto, Cleri populique suffragiis, atque vicinorum Episcoporum electione in Sedem Trevirensis suffectus est. Talis erat Maximinus, qui Athanasium exulem, & Cæsaris iracundia obrutum, tam

vita S. Max.
ap. Soer. 29.
Maji.

men reverenter suscepit; id quoque ve-
 rum, a Constantino juniore, Imperato-
 ris filio, tunc in Galliis imperante, &
 Trevis residente, non honoribus modo,
 sed omnibus ad sustentationem necessa-
 riis fuisse cumulatam; ad hæc permove-
 batur optima Athanasii fama, & digna
 fastigio viri specie, quodque sciret, quan-
 to eum affectu populus Alexandrinus
 profeceretur. Tunc etiam in S. Roma-
 na Sede novus successit Episcopus; S. Syl-
 vester Papa, postquam ferme viginti duo-
 bus annis sedisset, obierat ultima die De-
 cembrii anno 335, & Marcus decima o-
 ctava Januarii anno 336. electus fuerat.

Sæculum IV.
 A. C. 336.

§. LVII.

*Concilium Constantinopolitanum. Mar-
 cellus Ancyranus depositus.*

Interim Constantinopoli Concilium age-
 batur Episcoporum ex diversis Provin-
 ciis, Ponto, Cappadocia, Asia, Phrygia,
 Bithynia, Thracia, aliisque Europæ par-
 tibus congregatorum. Alexander Epif-
 copus Constantinopolitanus, videns in
 eo Eusebianos dominari, obstitabat qui-
 dem, sed frustra. Causa Marcelli Ancyra-
 ni movebatur, & accusatio Jerosolymæ
 in medium prolata renovabatur, cujus
 caput erat, quod in libro suo contra So-
 phistam Asterium hæreses scripserat. So-
 phistæ

*Eus. Marcel.
 L. 2. in fine.
 p. 55.
 Sup. §. 55.*

Sæculum IV. A. C. 336. *Athan. de Synod. pag. 887.* phistæ dicebantur, qui, professo studio Philosophiæ, & Eloquentiæ operam dabant; Asterius, in Cappadocia natus hanc artem in Galatia docuerat, eamque reliquerat, ut se Christianum profiteretur, imo S. Luciani Antiocheni Discipulus fuisse ferebatur; hoc autem de eo exploratum erat, quod in Persecutione Maximiani Idolis sacrificaverit, quæ macula impedierat, ne ab Eusebianis inter Clericos susciperetur, quamvis inter eorum Discipulos esset facile zelosissimus, nunquam a latere eorum discederet, & in ipsos Episcoporum conventus ab eis induceretur. Is Eusebianorum consilio librum scripserat, eorum erroribus referentem, id est, nefandis Arii blasphemis; percurrens Syriam, omnibus hunc librum ostendebat, audebatque in Ecclesiis Clericorum loco sedere, & publice prælegere. Marcellus Episcopus Ancyranus, Galatiæ Metropolitanus, hunc librum refutare aggressus, alium composuit, cui titulum dedit: De Subjectione Domini N. J. C. in quo illa S. Pauli explicabat verba: Cum tradiderit Regnum Patri, & reliqua. Eusebius Cæsariensis tres libros scripsit, quos hodieque habemus, quibus Marcello respondet. Acacius ejus Cæsareæ Successor, de eadem materia scripsit. Ipse Asterius proprium librum defendit, scripsitque contra Marcellum, eum

Hilar. contr. Arianos. 1. Cor. 15. 24.

eum Sabellianismi accusans; hæc quippe Sæculum IV. A. C. 336.
 erat familiaris Arianorum in Catholicos
 objectio; eaque accusationis contra Mar-
 cellum Jerosolymæ formatæ, & Constan-
 tinopoli renovatæ fuit fundamentum.

Eusebiani quoque Marcellum jacta- Socr. 6. Sozom. II. c. 33.
 bant a se convictum, quod Pauli Samo-
 fateni Doctrinam teneret, diceretque, Fi-
 lium Dei initium ex Maria sumpsisse, &
 Regnum ejus finem habiturum. Imo di-
 cebant, eum promississe, se librum suum
 flammis traditurum, quod cum facere de-
 trectaret, & constanter eorum sollicita-
 tionibus resisteret, Imperatoris iram in
 eum concitarunt, obtendentes, ab eo pa-
 lam mandata Cæsaris contempta, cum
 Dedicacioni Ecclesiæ Jerosolymitanæ in-
 teresse noluerit. Ergo Marcellum de-
 ponunt, imo & excommunicant, & in e-
 jus locum Basilium sufficiunt, qui elo-
 quens, aliisque instruendis par esse fere-
 batur. Istum evehendo, potentem Se- Athan. in Aria. I. p. 290. Epiph. hæc. 73. n. II.
 ctæ suæ defensorem conciliare putabant.
 Eodem tempore fidei suæ expositionem
 scripsere, Marcelli hæresibus, sua quidem
 opinione, oppositam, quam ad Episcopos
 Orientis miserunt, ut omnes scirent, in
 quo sensu Doctrinam Consubstantialita-
 tis recepissent; cum enim Symbolum Ni-
 cænum, quæ erat fides Imperatoris, aper-
 te impugnare non auderent, explicacioni-
 bus captiosis eludere conabantur.

§. LVIII.

Sæculum IV.
A. C. 336.

§. LVIII.

Arii mors.

Ruf. I. II.
Socr. c. 37.
Sozom. II.
c. 29.

Illud vero, quod Eusebiani in hoc Concilio sibi maxime perficiendum proposuerant, erat Arii Restitutio in integrum. Is tunc præsens erat, utpote quæ Imperator, ut factorum suorum rationem redderet, acciverat; quippe postquam Jerosolymæ receptus fuisset, Alexandriam iverat, quod speraret, S. Athanasii absentiam rebus suis profuturam; at populus Catholicus redeuntem non sustinuit, & Arii Sectatoribus resistentibus, tumultus exorti sunt, quibus ad Imperatorem delatis, Arius Constantinopolim venire jubetur; non defuere, qui hoc ipsum mandatum Eusebianos a Cæsare exorasse dicerent; utcunque autem hoc sit, Arium, Cæsaris imperio tunc præsentem, in urbe Cæsarea, & ante faciem totius universi ad Ecclesiæ communionem recipere voluerunt. S. Alexander tunc Constantinopoli Episcopus, jam nonagenario major, constantia invincibili illorum molitionibus resistebat, cumque adventum Arii impedire non valuisset, saltem præsentem nullo honore dignatus est; Eusebiani, ut hujus Presbyteri misericordia moveretur, & in Spiritu pacis reciperet, rogabant, aliosque submittebant, qui eorum perfidiæ ignari, rogabant, ut in isto

recipiendo mansuetudinis specimen da-
 ret; respondebat Alexander: *Mansue-*
tudo hæc in Arium in infinitum aliorum
numerum crudelitas foret; Leges Eccle-
siæ non permittunt, me falsa clementiæ
specie illis Decretis contravenire, quæ ego
ipse cum toto Sancto Concilio Nicæno ser-
vanda judicavi.

Eusebiani, experti nihil hic sibi pro-
 desse fraudes, aperte in Alexandrum in-
 vehi, & minari, nisi certo die, quem sta-
 tuebant, Arium reciperet, ipsum sua Se-
 de deponendum, ipsoque in longinquas
 Provincias relegato, alium Episcopum
 subrogandum, qui Ario, & Discipulis ejus
 communicaturus esset. Quanta horum
 hominum esset potentia recens S. Atha-
 nassi exemplum ostendebat, atque ad ex-
 tremam necessitatem redacta videbatur
 Ecclesia; tunc S. Jacobus Nisibitanus, qui
 tunc Constantinopoli degebat, Fidelibus
 suasit; ad Deum recurrerent, & septem
 dierum jejuniis, precibusque cæleste au-
 xilium exposcerent; facile persuasit vir,
 miraculorum, & Prophetiæ dono, quod
 omnes sciebant, præditus; Alexander
 suo exemplo præibat, vanis colloquiis, &
 contentionibus renuntiavit, dumque Eu-
 sebiani clandestinis machinationibus va-
 cant, solus in Templo pacis perseverabat,
 ibique ante altare prona in terram facie,
 flens ubertim, integris noctibus orare
 non cessabat.

Sæculum IV.
 A. C. 336.

Arius.

Epiph. hæc.
 69. n. 10.

Theod. in
Philoth. c. 1.

Socr. I. c. 7.

Euse-

Sæculum IV. Eusebiani Imperatori persuaserunt
 A. C. 336. Arium Doctrinam Ecclesiæ tenere; huius
 fundamento innixi certam diem Domini-
 canam statuunt, qua efficerent, ut ad
 Communionem recipi deberet; præce-
 denti Sabbato Constantinus, ut de Ari-
 mente certus esset, in Regiam vocatus
 interrogat, an fidem Nicænam profiteretur,
 cui respondit Arius; quod sic, atque
 hanc ipsam Professionem scriptam petenti,
 statim tradidit. Ea arte erat concinna-
 nata, ut hæresis non appareret, sed solum-
 modo S. Scripturæ verba; rursus quaere-
 re Constantinus, an non aliter, quam hic
 expressum esset, crederet, subjungens:
*si sincera mente loqueris, ne timeas, Deum
 in veritatis testimonium invocare, si autem
 pejeras, Dei vindictam time!* juravit
 Arius, nunquam se dixisse, aut scripsisse
 aliud, quam in hac charta contineretur,
 nec unquam errores docuisse, propter
 quos Alexandria fuisset condemnatus.
 Fuere, qui dixerint, chartam, quam ma-
 nu tenebat, fuisse Symbolum Nicænum,
 simul vero sub brachio aliam pressisse, qua
 vera ejus Doctrina continebatur, ad quam
 etiam suum juramentum referri voluisse.
 Sed, ut ut hæc fuerint, hoc juramento
 deceptus Imperator, vocato ad se Alexan-
 dro, ait; homini salutem suam quaerenti,
 auxiliatricem manum esse porrigendam;
 Alexander, veriora Imperatori de-
 mon-

*Libell. Mar-
 cell. & Fau-
 sti. p. 18.*

monstrare conatus, ubi his sermonibus irritari vidit, tacuit, & recessit. Sæculum IV.
A. C. 336.

Eusebiani ab Imperatore revertenti occurrunt, Arium comitantes, quem pariter Regia egredientem susceperant medium, & per urbem ovantes deducebant, ut ab omnibus videretur. Ipsa hora ad Ecclesiam eum ducere volentibus, restit Alexander; tum ipsi minaciter agebant; se auctoribus Arium ipso invito Constantinopolim fuisse advocatum, se quoque effecturos, ut ipso invito etiam ad Communionem die postera susciperetur, & Eusebius Nicomediensis ad Alexandrum hisce verbis, *si sponte tua, inquit: recipere nolis, crastina, ubi illuxerit, mecum in Ecclesiam deducam, an tu resistes? & quibus vivibus?* Alexander dolore obrutus, statim duobus tantum comitantibus, quorum unus erat Macarius Presbyter Alexandrinus, Ecclesiam intravit; ibi vir senex, & Sanctus, largissime lachrymis perfusus, & ante altare se prosternens, facie terram tangente orabat: *Domine! si futurum est, ut crastina Arius in Ecclesiam recipiatur, eripe servum tuum de hoc Mundo; aut si adbuendum Ecclesie tuæ misereris (scio autem, quod miserturus sit) vide Eusebii insolentiam, & judica! ne hæreditatem tuam contemptui haberi permittas! Arium ex vivis tolle! ne si Ecclesiam tuam ingressus fuerit,*

Athan. I.

cont. Arian.

Id. ad Sed. rap. p. 67c.

Arii funestus exitus.

Sæculum IV. rit, simul cum eo hæresis invecta videatur

A. C. 336. Alexandro die Sabbati circa horam tertiam pomeridianam ita orante, Eusebium adhucdum Arium quasi pompa triumphali circumducebant, qui jam victoriae securus levibus dictis animi vanitatem probebat. Prope aream Constantini, quæ statua Porphyrica stabat, tremore, & conscientia remorsu correptus, urgente simul quadam necessitate corporis, locum publicum levandæ alvo commodum petiit, qualia in magnis urbibus non deerant.

Socr. 1. c. 38. Et ibi Cum talis locus post areæ illius domum fuisset indicatus, intravit, & post aliquam moram a requirentibus, magna sanguinis copia emissa, ibi inventus est mortuus.

Hujus mortis rumore per urbem sparsa, Fideles ad Ecclesiam concurrunt, et gratiam visibilem, qua veritatem defendisset, Deo gratias acturi, nec Arii fatum causæ naturalis, sed orationis effectum æstimabant, quem Alexander, & Jacobus

Greg. Naz. or. 16. Nisibitanus a Deo impetraverant; atque horrendam hanc mortem cum fati Judæ proditoris æquiparabant, cujus impietatem Arius esset imitatus. Alexander altera die summo cum gaudio inter solos Fideles S. Sacrificium celebravit, agens Deo gratias, cujus auxilium in tanta Ecclesiæ necessitate non defuisset. Constantinus digitum Dei agnoscens, Arii perjurium celeriter ulciscens, vere hæ-

Ambr. 1. de fide. Grat. c. 9. rit, simul cum eo hæresis invecta videatur

reticum fuisse credidit, eo firmiter impo-
 sterum Nicænæ fidei inhæsurus. Pluri-
 bus Arianorum tristis casus conversionis
 occasio fuit, qui autem in errore perse-
 verarunt, veneficio sublatum esse virum,
 affirmabant; ita quidem de hac morte
 diversi diversa sentiebant, omnibus ta-
 men in eo, quod naturalis non fuisset, con-
 sentientibus. Plurimi turmatim ad mor-
 tis locum visendum currebant, qui exin-
 de ab omnibus abominabilis habitus, al-
 terque alterum monere, ut sedem fune-
 stam vitaret. Donec tandem quidam Aria-
 nus potens, & dives ibi domum extruxit,
 & mutata ædificii forma facti memoriam
 delevit.

Sæculum IV.
 A. C. 336.

Socr. II.

c. 30.

§. LIX.

Imperator ad S. Antonium scribit.

Ex deserto erumpens S. Antonii fama us-
 que ad aures Imperatoris pervasit,
 qui ad eum cum duobus filiis Constantio,
 & Constante epistolas dedit, Patrem ap-
 pellans, & petens responsum. Antonius,
 acceptis litteris nihil turbatus, Monachos
 convocat, & nolite mirari, inquit: quod
 Imperator ad nos scribat, nempe homo est,
 sed magis obstupescite, quod Deus volue-
 rit scribere legem hominibus, & per Filium
 suum nobis locutus sit; tum has litteras
 aperire volebat, dicens, se hominem ru-
 dem his respondere non posse; sed cum

vita Ant.
 c. 28.
 Hier. Chr.
 an. 337.

Hist. Eccles. Tom. III.

Y

Mo-

Sæculum IV. Monachi reponerent, Imperatores Christianos, iisque forte scandalo forte contemptos crederent, eas legi permissit, scripsitque responsorias, quibus multa salutaria Imperatoribus dabat; ne magni nimis res præsentis facerent, sed futurum iudicium ante oculos sibi ponerent; cogitarent IESUM Christum solum esse verum, & æternum Regem; & tandem rogabat, mites essent in subditos, iustitiam amarent, & pauperum curam gererent. Hanc Antonii epistolam Imperatores boni consulere.

Sozom. II.
c. 31.

S. Antonius alias deinde ad Imperatorem dedit epistolas, sed minus gratas in iis S. Athanasii restitutionem petebat rogans, ne calumniis Meletianorum fides haberet. Respondit Constantinus, sed iudicium Concilii despiciere non possit (nempe Concilii Tyriensis) quamvis enim, aiebat: aliqui eorum favore, & odio movente iudicassent, Athanasium esse hominem insolentem, superbum, & seditiosum, id tamen de tanto proborum & prudentum Episcoporum numero non credendum. Quippe inter cæteras calumnias Athanasii hostes seditionis caput maxime extollebant, quod scirent Imperatorem eo plurimum moveri. Populus quoque Alexandrinus continuis clamoribus, & precationibus, publice indictis sui Episcopi reditum postulabant; Alexander

xandrinis rescripsit Imperator, eos impotentis insaniam arguens, jubetque Clericos, & Virgines acquiescere. Iterato affirmabat, se sua mandata non retractaturum, nec Athanasium seditionis reum, & iudicio Ecclesiastico damnatum, revocaturum. Inter hæc relatum est, divisam esse Ægypti Ecclesiam, his pro Athanasio, illis pro Joanne Meletiano stantibus; tum Imperator ipsum Joannem Meletianum, cum tamen auctoritate Concilii Tyriensis fuisset restitutus, in exilium expulit; id quidem dolentibus S. Athanasii inimicis factum, sed Constantinus erga illos, quos Divisionis inter Christianos auctores credebat, animo erat inexorabili.

Sæculum IV.
A. C. 336.

Rescriptum exstat Judæis conversis fovens, datum hoc anno 336. Nepotiano, & Facundo Consulibus, quo Imperator prohibet, ne Judæi fidei suæ domesticos ad Christiana Sacra transeuntes quocunque demum modo vexare, aut iis nocere audeant, alias severissime pro injuriæ irrogatæ gravitate puniendi. Simul mancipia seu Christianorum, seu cujuscunque alterius sectæ a Judæis coempta, circumcidi vetat, pœnam injungens, ut, si id factum fuerit, Judæus jure Domini in servum privetur, qui ipso facto libertate donatus sit.

Lib. 5. Cod.
Theod. de
Jud.

Lib. I. Cod.
Theod. ne
Christi.
man.

Sæculum IV.
A. C. 337.

§. LX.

Constantini Baptismus, & obitus.

Euf. IV. **C**onstantinum Imperatorem jam æta
c. 33. annos sexaginta quinque numer
c. 56. tem, hucusque natura tam firma vale
dine donaverat, ut sine molestia omni
militaria exercitia perageret. Tunc be
lum in Persas parabat, & quosdam Epi
scopos futuros expeditionis comites ap
sed retinuerat; Tabernaculum quoque
construi jusserat, a forma portatilis Eccl
siæ non abhorrens, pretiose ornatum,
c. 57. quo cum eis oraret. Cum festa Pasche
lia advenissent, vigiliam pro more
cum Fidelibus in oratione transegit,
celebranda illius diei lætitia nemini Chri
stianorum secundus, quam ut reddere
illustriorem, præcedente nocte non in Ec
clesiis modo, sed in tota urbe Const
antinopoli plurimas faces accendi jubebat,
ib. c. 22. quibusdam ministris demandata erat ca
ra horum ignium, & cereorum, inter quos
non nulli visebantur tantæ molis, ut co
lumnæ ardentes dici potuissent. Ubi il
luxerat optata dies, ut Salvatorem imi
taretur, omnibus beneficentem, mun
ra populo liberalissime largiebatur. Cum
hoc anno 337. Pascha, ut solebat, cele
brasset, agrotavit, & primum a thermis
Euf. c. 6. Constantinopolitanis, deinde etiam ad
Socr. c. 39. Helenopolitanis remedium quæsit, ibi
longo

longo tempore orationi in Ecclesia S. Mar-
 tyris Luciani vacavit, atque vitæ finem
 appropinquare sentiens, baptizari statuit.
 legitur hujus Sacramenti necessitatem, &
 prodigiosam virtutem perpendens, in illo
 oratorio in terram provolutus, peccata
 sua confessus est, tumque accepta ma-
 num impositione cum primis precibus
 Catechumenorum numero adscriptus.
 Inde Achiron prope Nicomediam deve-
 ctus, ad convocatos Episcopos in hunc
 modum locutus est: *ecce adest tamdiu*
optatum tempus! quo a Deo obtinere spe-
ro gratiam salutis, & signum illud San-
ctum, quod immortalitatem tribuit; pro-
positum mihi habebam in flumine Jordane
baptizari, ubi ipse Salvator baptizatus
est, ut nobis exemplum daret; Deus au-
tem, cui, quæ nobis magis utilia sint, per-
spectum est, in loco isto mihi hanc gratiam
conferre dignatur; ergo ne gravemini, mi-
bi baptismum conferre. Si mihi Deus
longiorem vitam concedat, propono, omni-
bus Fidelibus mixtus, ad Ecclesiæ conven-
tus ire, & mihi tales vivendi leges præ-
scribere, quæ Dei Sanctitate dignæ sint.
 Vulgaris erat primorum temporum Reli-
 gio, ut Christiani in Jordane baptizaren-
 tur, aut saltem, quod hodieque pie pere-
 grinantes faciunt, pro communi balneo
 illis aquis ablui. Ita locuto, Eusebius
 Nicomediensis, & Episcopi præsentis Ba-
 ptismum

Sæculum IV.
 A. C. 337.
 Sozom. 1.
 34. Theod.
 1. c. 32.
 Constantini
 Baptismus.
 v. Vales. in
 Euseb. IV.
 16. Chron.
 Hier. anno
 338.



Sæculum IV.
A. C. 337.
ptismum contulerunt, aliaque Sacramen-
ta, omnibus de more cæremoniis rite
servatis; (*) tum deposita Purpura ab
vestibus indutus est, magnificentia tam
Regiam Dignitatem decente; illico
Æulus ejus undequaque albis stragulis
natus. Ipse vero voce elata ad Deum
orabat, pro tanto beneficio gratias agens
orationem deinde his verbis clausit:
vere felix sum! dignum me esse spero

*Zosim. in
Const. init.*

(*) Certe multa sunt, quæ opinionem con-
trariam veram esse, persuadere possint. Quod
le illud est, quod Zosimus, Scriptor Gentium
memoret, Constantinum cum esset Romæ, a
quam Religionem abjecisse persuadente Episcopo
ptio ex Hispania adveniente. Id facile
Baptismo accipi potest, & de Ofio, Episcopo
Cordubensi. Quod Constantinus Concilio
œcumenico interfuerit, Constantinopoli
factum Paschæ splendide celebraverit, quod des-
que verum facile esse possit, S. Sylvestrum Pa-
pæ eidem Baptismum contulisse, etsi concederetur,
aliqua adjuncta fuisse conficta. Eusebius non
omni suspitione major est testis, quia Ariani
& sibi metipsi contrarius, dum scribit, Lib. VII
Hist. c. XXVIII. Philippum Imperatorem fuisse
Christianum, & se Episcopo pœnitentiam inju-
genti subjecisse, atque hic idem Eusebius de Con-
stantino: *Ex omni omnium Imperatorum me-
moriam solus Constantinus in Christi Martyrio
renatus.* Hæc & plura Anonymus I. affert ad
hunc locum.

te immortalis, & Divinae lucis participem! heu! quam infelix essem, si tantis bonis carerem! tum copiarum Duces cubiculum intrarunt, quibus gementibus, & ut Deus longiorem vitam ei indulgeret, precantibus, respondit: *nemini magis, quam sibi notum esse, quanti aestimanda essent bona, quae modo accepisset, nec jam amplius ab amplexu Dei sui retardari velle.* Hæc omnia in festo Pentecostes gerebantur. (*)

Sæculum IV.
A. C 337.

Constantinus testamentum condiderat, quo Divisionem Imperii se vivente inter tres filios suos, & nepotes duos factam confirmabat. Jussit quoque, quan-

Theod. c. 32.

tumcunque Eusebius Nicomediensis niteretur, aliam ei mentem indere, ut S. Athanasius ab exilio revocaretur. (**)

Testamentum hoc Imperator in manus illius Presbyteri deposuit, sibi a Sorore sua Constantia moriente tantopere commendati, cui imperavit, nemini nisi filio suo Constantio traderet. Rebus ita dispositis

Constantini obitus.

Y 4

fitis

(*) S. Marci obitus, & S. Julii Electio a Fleurio omissa.

(**) Ex his confirmatur opinio, dicentium Constantinum Magnum S. Athanasium Treviros misisse in Exilium, non puniendi causa, sed ut tantum virum inimicorum suorum furori subduceret; Nec etiam, quamvis Ariani instarent, alium in ejus Sedem exehi Constantinus passus est.

Sæculum IV. fitis, Constantinus sub meridiem
 A. C. 337. Pentecostes vigesima Maji extinctus est

Feliciano, & Tatiano Consulibus, id est
 anno 337. post triginta, & unius anno
Euf. IV. rum Imperium; si Augustum exceperit
 c. 68. nemo alius diutius imperaverat. Corpus
Euf. IV. ejus in aureo feretro positum, Constanti-
 c. 70. tinopolim delatum est, dumque alicujus

ex filiis ejus adventus expectatur, in
 præcipua Palatii aula collocatur, multis
 gradibus purpura stratis elevatum, plurimis
 cereis in aureis candelabris circum
 ardentibus, & constitutis, qui ibi diu no-
 ctuque vigilarent; insolitum illo tempo-
 re spectaculum! solus ex filiis Constanti-
 tii tempore adfuit, ut Constantino pare-
 rentaret; is, cæteris proximior, maturius
 Parentis morbum rescivit, cum tamen ipse
 advenit, vixerat Constantinus; Constantio
 jubente corpus cum pompa

ibid. c. 71. in Ecclesiam Apostolorum translatum,
Chryl. in 2. ipso etiam funus comitante; cum ad Ec-
Cor. hom. 2. clesiam perventum, cum militibus re-
ad. pop. cessit, quod esset adhuc Catechumenus;
Ant. 66. (*) at Clerici, populusque fide-
 lis

(*) Ecce nova, & non levis conjectura, Constantinum prius fuisse baptizatum, quam ad mortem decumberet! nam hic Constantius Ecclesiam non ingreditur, quod adhuc esset Catechumenus; dum de Constantino legimus, præter illa, quæ superius diximus, ipsum preces publicas in
 Eccle-

lis consuetas preces, & Sacrificium peregerunt. (*) Corpus, dum orarent, in exstructo tabulato sublimi, deinde in vestibulo Basilicæ prope portam terræ mandatum est, delectis quibusdam, qui in illo loco orantes permanerent.

Sæculum IV.
A. C. 337.

Y 5 Con-

Ecclesia urbis Helenopolitanæ concepisse verba Eusebii sunt: Lib. IV. c. LXI. *In Martyrum Sacra æde diu versatus, supplices preces, & vota publica adhibuit Deo.*

(*) *Et Sacrificium peregerunt*, und es wurde das Messopfer verrichtet, hat der protestantische Uebersetzer ausgelassen, im zweyten Theil auf der 458. Seite. Das ist nicht redlich gehandelt. Uebrigens ist dieses ein auserlesenes Zeugniß, daß man zu allen Zeiten das H. Messopfer für die Abgestorbenen Gott dem HErrn dargebracht habe.

Longe meliori fide primum Fleurii Tomum germanice reddidit Anno 1747. Christianus Ernestus Simonetti, Pastor Gættingæ, qui Textus ab Interprete Nostro corruptos sincere transtulit.

Dicit Fleurius in sua Præfatione ad Tomum I: *Ex quo Apostoli Petrus, & Paulus, Ecclesiam Romanam fundarunt, nunquam non aliquis Papa Christianorum Caput ibi extitit.* Dominus Simonetti id transtulit p. VII: *Seit dem die Apostel Petrus und Paulus die Römische Kirche gestiftet, ist zu Rom beständig ein Pabst das Oberhaupt der Christen gewesen.* Sincere! at noster Interpres hic, & semper hanc vocem: Caput Ecclesiæ, mutavit, aut omisit. Hic posuit: *Der vornehmste Bischof.* Lib. I. §. XIV. dicitur

Sæculum IV.

A. C. 337.Menolog.
ibid.

Constantini Magni memoria Benedic-
ta est in Ecclesia Catholica, quam inge-
tibus beneficiis cumulavit, univ[er]sa
potentia defendit; qui semper, & ut
que sincerum veræ Religionis amore
demonstravit. Inter Sanctos honoratus
a Græcis, ejusque festum, Matri Helena
filiu

dicitur de S. Paulo : ut *Ecclesiæ Capiti* (S. Pen-
honorem exhiberet. Interpres noster, omis-
bis; *Ecclesiæ Capiti*, posuit : als einem gro-
Apostel Ehre zu erweisen. Reliqua in Præ-
tione de veræ Ecclesiæ Signis, quæ Gættinganus
sincere posuit, ipse corruptit. Fleurius Lib. II.
§. LIV. in Excerptis ex S. Justino, dicit : S. Ju-
stinus Sacram Eucharistiam expresse Sacrificium
vocat. Hæc Verba Interpres Gættinganus pag.
478. retulit. Noster impudenter pag. 442. Pa-
te I. omisit. Lib. IV. §. V. Fleurius dicit : Les
Apostres n'avoient institué qu'un Carême. Les
Apostoli unam tantum instituerant Quadragesimas
Id Gættinganus fideliter reddidit. Noster
tem pag. 391. Die Apostel haben nicht eine
Fastenzeit eingesetzt. An non hoc est Lecto-
ribus suis illudere? Præterea quater animadverti
in hac prima Parte Textus ab Interprete no-
stro depravatos a D. Simonetti sincere referri.
Nec diutius immoror. Idem Gættinganus Pater
nostro Interprete prudentior Notas in Ecclesia
Romanæ contumeliam non adjecit, igitur nemini
non quærit : Quare Domini Simonetti Editio in
ipso partu suffocata? mihi quidem videtur, e-
sua facturum fuisse, si præmissa Præfatione, &
adjecit

filium jungentes, vigesima prima Maji
 agunt. Omnes vitæ suæ maculas, acce-
 pto Baptismo, eluisse credere debemus;
 erant autem non leves; etiam postquam
 prodigiose apparentem in cælo crucem
 conspexisset, seque Christi Cultorem de-
 clarasset. Ex Minervina prima uxore fi-
 lium

Sæculum IV.
 A. C. 337.

Zof. l. 2.

p. 685.

Victor epit.

Philostorg.

II. c. 4.

adjectis sine Catholicorum injuria Animadversio-
 nibus ipsemet e penu sua aliqua exprompsisset,
 sic enim Lectores non solum Fleurium, sed et-
 iam ipsum Interpretem, ut ita dicam, loquentem
 audivissent; nam Lectores hodie non Auctoris
 modo, sed & Interpretis vultum quasi conspiciere
 cupiunt, juxta illud tritum: loquere, ut videam
 te! Nihilominus sola Fleurii fama, ut arbitror,
 & præstantissima Historia suffecissent, ut Germa-
 nica Editio, quam nulla alia præcedebat, avi-
 disime exciperetur. Aliud ergo obfuerit, ne-
 cesse est, & quid aliud, nisi illud, quod ex Fleu-
 rii Historia Ecclesiastica emicans veritas, a Domi-
 no Simonetti Protestante sincere relata multorum
 Protestantium oculos aperire potuisset? Hinc
 aliam viam Interpres noster ingressus, ut Bonus
 Protestans audiret, adjectis Notis Religionem Ca-
 tholicam in seclatus est, atque ea, quæ illam solam
 veram Christi Ecclesiam esse demonstrabant, cor-
 ruptit. Inde patet, valde difficile esse, si non
 impossibile, ut quis simul Bonus Protestans, &
 fidelis Fleurianæ Historiæ Interpres sit. Quæso!
 si ex Catholicis aliquis novam Editionem Centu-
 riarum procuraret, quid dicerent homines?
 certe Protestantes riderent, Catholici excan-
 descerent.

Sæculum IV. lium genuerat, nomine Crispum, quem
A.C. 337. Cæsarem creaverat, assumpturus quoque
 ad Imperium, quo ob res sæpius præce-
 re gestas dignus videbatur; nihilominus
 cum Novercæ calumniis Faustæ secundæ
 uxoris nimis credulas aures dedisset, je-
 venem Principem, & filium iussit inter-
 mi; exinde cognita Faustæ perfidia, quam
 præterea convictam tenebat, quod se
 famulo violandam præbuisset, matris He-
 lenæ suasu eam, balneo tepido lavantem,
 suffocari præcepit. His pensatis, nemo
 multum, ut opinor, mirabitur, si facile
 nimis Arianis, S. Athanasium, & Episco-
 pos Catholicos calumniantibus, fidem
Euf. IV. adhibuit. Eusebius, virtutum Constan-
vit. c. 54. tini studiosissimus Præco, fatetur, mul-
 tos fuisse, qui de nimia ejus facilitate
 quererentur, quo factum, ut vitia duo
 maxime noxia dominarentur, nimirum
 violentia potentiorum, ut insatiabili cu-
 piditati satisfacerent, humiles opprimen-
 tium, & falsorum Christianorum hypo-
 crisis, ut ejus favore potirentur, ad Ec-
 clesiam convolantium. Tandem in fe-
 rendo de Constantini vitiis, & virtutibus
 judicio nemo errabit, qui hinc, si quæ
 mala de eo scripsit Eusebius, & inde, si
 quæ bona, Zosimus, crediderit.

